MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80447-9

MICROFILMED 1992

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES/NEW YORK

as part of the
"Foundations of Western Civilization Preservation Project"

Funded by the
NATIONAL ENDOWMENT FOR THE HUMANITIES

Reproductions may not be made without permission from
Columbia University Library

COPYRIGHT STATEMENT

The copyright law of the United States -- Title 17, United States Code -- concerns the making of photocopies or other reproductions of copyrighted material...

Columbia University Library reserves the right to refuse to accept a copy order if, in its judgement, fulfillment of the order would involve violation of the copyright law.

AUTHOR:

PLAUTUS, TITUS M.

TITLE:

M. ACCI PLAUTI
AULULARIA...

PLACE:

COLONIAE AD RHENUM

DATE:

1825

Master Negative #

91-80447-9

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

87PM
IE25

Aulularia. 1825.

Plautus, Titus Maccius.
M. Acci Plauti Aulularia edidit Franc. Goeller ... Coloniae ad Rhenum, Apud M. Dumont-Schauberg, 1825.
4 p. l., [5]-140 p. 21cm.

Another copy in Special Collections (Gonzalez Lodge) 1825.

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm REDUCTION RATIO: 11X
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 2/11/92 INITIALS TM
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT


AIIM
Association for Information and Image Management
1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202
Centimeter
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 mm
Inches
1 2 3 4 5
MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

87PM
IE25

K Bibliothek 1830.
15 171.

Class 87PM Book IE25
Columbia College Library
Madison Av. and 49th St. New York.
Given by Dr. Drisler
Beside the main topic, this book also treats of
Subject No. On page | Subject No. On page

M. ACCI PLAUTI

AULULARIA

EDIDIT

FRANC. GOELLER,

PHIL. DR., PROF. GYMN. COLON.

COLONIAE AD RHENUM,
APUD M. DUMONT-SCHAUBERG.
1825.

INDEX.

Afranius . . . . . p. 101.
Anthologia Graeca . . . p. 87. 135.
Apuleius . . . . . p. 86.
Horatius . . . . . p. 140.
Livius . . . . . p. 87. 137.
Martialis . . . . . p. 88. sq. 135.
Ovidius . . . . . p. 96. 107.
Plautus Amphitr. . . . . p. 48. 85.
Asinar. . . . . p. 50. 106.
Aulul. . . . . p. 48. 127. 130. 131. sq. 132. sqq. 138. fragm. p. 100.
Bacch. . . . . p. 50. 86.
Capt. . . . . p. 44. 50. 109. 130. sq.
Casin. . . . . p. 60. 85. 131. 132. 136.
Cistell. . . . . p. 131.
Curcul. . . . . p. 103.
Epidic. . . . . p. 91. 94. sqq. 103.
Menaechm. . . . p. 108.
Mil. . . . . p. 50. 55.
Mostell. . . . . p. 60. 85.
Pers. . . . . p. 42. 102. 114. sq.

105792

Plautus Poen. . . . . p. 46. 77. 78. 129. sq. 131.
Pseudol. . . . . p. 69. 109.
Rud. . . . . p. 60. 78. 131.
Trin. . . . . p. 81.
Truc. . . . . p. 58. 78. sq.
Propertius . . . . . p. 96.
Tertullianus . . . . . p. 88.
Titinnius . . . . . p. 136.
Varro . . . . . p. 102.
Virgilius . . . . . p. 107.

M. ACCI PLAUTI

AULULARIA.

PERSONAE.

Lar, Prólogus.
Euclio, Senex.
Staphyla, Anus.
Eunomia, Mulier.
Megadorus, Senex.
Strobĭlus, Servus Lyconídis.
Strobĭlus, Servus Megadori.
Anthrax, Congrio, } Coci.
Pythodicus, Servus.
Lyconides, Adolescens.
Phaedra, Puella.

ARGUMENTUM.

Senéx avarus vix sibi credens Eúclio
Domí suae defóssam multis cúm opibus
Aulam ínvenit, rursúmque penitus cónditam
Exsánguis, amens sérvat: eius fíliam
Lycónides vitiárat; intereá senex
Megadórus a soróre suasus dúcere
Uxórem, avari gnátam deposcít sibi.
Durús senex vix promíttit, atque aulaé timens
Domó sublatam váriis abstrudít locis.
Insídias servos fácit huius Lycónidis,
Qui vírginem vitiárat; atque ipse óbsecrat
Avónculum Megadórum sibimet cédere
Uxórem amanti. Pér dolum mox Eúclio
Quum pérdidisset, aúlam insperato ínvenit,
Laetúsque gnatam cóllocat Lycónidi.

ARGUMENTUM

(ut quibusdam videtur)

PRISCIANI.

Aulám repertam aúri plenam Eúclio
Vi súmma servat, míseris affectús modis.
Lycónides istíus vitiat fíliam.
Velt hánc Megadorus índotatam dúcere,
Lubénsque ut faciat dát coquos cum obsónio.
Auró formidat Eúclio; abstrudít foras.
Reque ómni inspecta cómpressoris sérvulus
Id súrpit: illic Eúclioni rém refert,
Ab eó donatur aúro, uxore et fílio.

PROLOGUS.

LAR FAMILIARIS.

Ne quís miretur quí sim, paucis éloquar.
Ego Lár sum Familiáris, ex hac fámilia,
Unde éxeuntem me áspexistis: hánc domum
Jam múltos annos ést ut possideo, ét color *)
Patríque, avoque jam húius, qui nunc híc habet.
Sed míhi avos huius óbsecrans concrédidit
Aurí thesaurum clam ómnis: in medió foco
Defódit, venerans me, úti id servarém sibi.
Is quándo moritur, íta avido ingenió fuit,
Nunquam índicare id fílio voluít suo:
Inopémque optavit pótius eum relínquere,
Quam eúm thesaurum cómmonstrare fílio.
Agrí reliquit eíi non magnúm modum,
Qui cúm labore mágno et misere víveret.
Ubi is óbiit mortem, quí mihi id aurum crédidit,
Coepi óbservare, ecquí maiorem fílius
Mihi honórem haberet, quam eíus habuissét pater.
At ílle vero mínus minusque impéndio
Curáre, minusque me ímpartire honóribus.
Item á me contra fáctumst: nam item obiít diem.
Is ex se húnc reliquit, qui híc nunc habitat, fílium
Paritér moratum, ut páter avusque huius fuit.
Huic fília una est: éa mihi cotídie
Aut túre, aut vino, aut áliqui semper súpplicat:
Dat míhi coronas: eíus honoris grátia
Fecí, thesaurum ut híc reperiret Eúclio,
Quo eám facilius núptum, si vellét, daret.
Nam cómpressit eam dé summo adolescéns loco.

*) Taubm. & Gronov. quum. Goelleri quoque adnotatio ad h. v. demonstrare videtur eum sic legisse; nam alium locum Plautinum affert, ubi post verbum esse sequitur quum. Illudne ut merum operarum σφάλμα est? – Nequaquam: Nonius habet ...

Is scít adolescens, quaé sit, quam compresserit:
Illa íllum nescit, néque compressam autém pater.
Eam ego hódie faciam, ut híc senex de próximo
Sibi uxórem poscat: íd ea faciam grátia,
Quo ille eám facilius dúcat, qui compresserat.
Et hic qui poscet eám sibi uxorém senex,
Is ádolescentis íllius est avúnculus,
Qui illám stupravit nóctu, Cereris vigiliis.
Sed hic senex jam clámat intus, út solet.
Anúm foras extrúdit, ne sit cónscia.
Credo aurum inspicere vólt, ne surreptúm siet.

ACTUS PRIMUS.

SCENA I.

EUCLIO, STAPHYLA.

Exi, inquam, age exi! éxeundum hercle ést tibi,
Circúmspectatrix cum óculis emissítiis.
St. Nam cúr me miseram vérberas? *Eucl.* ut misera sis,
Atque út te dignam mála malam aetatem éxigas.
St. Nam quá me nunc causa éxtrusisti ex aédibus?
Eucl. Tibi egó rationem réddam, stimulorúm seges?
Illúc regredere ab óstio, illuc: sís vide, ut
Incédit! at scin', quómodo tibi rés se habet?
Si hodie hércle fustem cépero, aut stimulum ín manum,
Testúdineum istum tíbi ego grandibó gradum.
St. Utinám me Divi adáxint ad suspéndium
Potiús quidem, quam hoc pácto apud te sérviam.
Eucl. At út scelesta sóla secum múrmurat!
Oculós hercle ego istos, ímproba, effodiám tibi,
Ne me óbservare póssis, quid rerúm geram.
Abscéde: etiam nunc, étiamnunc, etiam: óhe, nunc
Istíc adstato; si hércle tu ex istóc loco
Digitúm transvorsum aut únguem latum excésseris,
Aut sí respexis, dónicum ego te jússero,
Contínuo hercle ego te dédam discipulám cruci.

Scelestiorem me hác anu certó scio
Vidísse nunquam: nímisque ego hanc metuó male,
Ne mihi éx insidiis vérba imprudentí duit,
Neu pérsentiscat, aúrum ubi est abscónditum:
Quae in óccipitio quóque habet oculos, péssuma.
Nunc íbo, ut visam, sítne ita aurum ut cóndidi,
Quod mé sollicitat plúrimis miserúm modis.

SCENA II.

STAPHYLA.

Nenúm mecastor quíd hero ego dicám meo
Malaé rei evenísse, quamve insániam,
Queo cómminisci: itá miseram me ad húnc modum
Deciés die uno saépe extrudit aédibus.
Nesció pol quae illunc hóminem intemperiaé tenent;
Pervígilat noctis tótas: tum autem intérdius
Quasi claúdus sutor domí sedet totós dies.
Neque jám quo pacto célem herílis fíliae
Probrúm, propínqua pártitudo cui áppetit,
Queo cómminisci: néque quicquam meliúst mihi,
Ut opínor, quam ex me ut únam faciam líteram
Longám, meum laqueo cóllum quando obstrinxero.

SCENA III.

EUCLIO, STAPHYLA.

Nunc défaecato démum animo egrediór domo,
Postquám perspexi sálva esse intus ómnia.
Redi núnc iam intro, atque íntus serva. *St.* Quippe nil
Ego íntus servem: an né quis aedis aúferat?
Nam hic apúd nos nihil est áliud quaesti fúribus:
Ita inániis sunt óppletae atque aráneis.
Eucl. Mirúm, quin tua me causa faciat Júppiter
Philippúm regem aut Daríum, trivenéfica.
Aráneas mihi ego íllas servarí volo.
Paupér sum, fateor, pátior: quod Di dánt, fero.
Abi intro: occlude iánuam, jam ego hic ero.

Cave, quémquam alienum in aédis intromíseris.
St. Quid, sí quispiam iguem quaérit? *Eucl.* Extingui volo,
Ne caúsae quid sit, quód te quisquam quaéritet.
Nam si ígnis vivet, tu éxtinguere extémpulo.
Tum aquam aúfugisse dícito, si quís petet.
Cultrúm, securim, pístillum, mortárium,
Quae uténda vasa sémper viciní rogant,
Furés venisse atque ábstulisse dícito.
Profécto in aedis meás me absente néminem
Volo íntromitti, atque étiam hoc praedicó tibi,
Si Bóna Fortuna véniat, ne intromíseris.
St. Pol ea ípsa, credo, ne íntromittatúr, cavet:
Nam ad aédis nostras núsquam adit, quanquám prope est.
Eucl. Tace, átque abi intro. *St.* táceo, atque abeo.
Eucl. Occlúde sis
Foris ambobus péssulis: iam ego híc ero.
Discrúcior animi, quia áb domo abeundúmst mihi.
Nimis hércle invitus ábeo: sed quid agám, scio.
Nam nóster nostrae qui ést magister Curiae,
Divídere argenti númos dixit ín viros:
Id sí relinquo, ac nón peto, omnes íllico
Me súspicentur, crédo, habere aurúm domi.
Nam vérisimile nón est, hominem paúperem
Pauxíllum parvi fácere quin numúm petat.
Nam núnc quom celo sédulo omnis, né sciant,
Omnés videntur scíre et me benígnius
Omnés salutant, quám salutabánt prius.
Adeúnt, consistunt, cópulantur déxteras:
Rogitánt me, ut valeam, quíd agam, quid rerúm geram.
Nunc quó profectus sum, íbo: postideá domum
Me rúrsum quantum pótero tantum récipiam.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA I.

EUNOMIA, MEGADORUS.

Eun. Velim, te arbitrári med haéc verba, fráter,
Meái fidéï tuáique réï hoc
Causá facere, ut aéquomst germánam sorórem:
Quamquam haúd falsa súm, nos odiósas habéri:
Nam múltum loquáces merito ómnes habémur,
Nec mútam profécto repértam ullam esse hódie
Dicúnt ullo in saéclo.
Verum hóc, frater, únum tamén cogitáto,
Tibí proximám me, mihíque esse itém te,
Ut aéquomst, quod ín rem esse utríque arbitrémur,
Et mihi te, et tibí me consúlere et monére,
Neque óccultum id haberí tibi, neque pér metum mussári,
Quin párticipem páriter ego te, ét tu me ut fácias.
Eó nunc secréto forás te huc sedúxi,
Ut tuám rem ego técum hic loquerér familiárem.
Meg. Hem dá mihi, optuma fémina, manum. *Eun.* úbi east? quis east nam óptuma?
Meg. Tu. *Eun.* Tú me ais? *Meg.* si negás, nego. *Eun.* decet équidem vera próloqui.
Nam núlla potis est éligi: alia ália peior, fráter, est.
Meg. Idem ego árbitror, nec mé tibi advorsárier
Certúmst de istac re umquám, soror.
Quid vís? *Eun.* Da mihi óperam,
Amábo. *Meg.* Tuást: utere, átque imperá sis.
Eun. Id quod in rém tuam óptumum esse árbitror,
Téd id admónitum adventó. *Meg.* Soror, tuó facis
Móre. *Eun.* Factúm volo.
Meg. Quid ést id, sorór? *Eun.* Quod tibí sempitérnum
Salútare sít liberís procreándis:
Ita Dí faxint
Vólo te uxorém domum dúcere. *Meg.* Hei, óccidi.

Eun. Quid ita?
Meg. Quia mihi misero cerebrum excutiunt
Tua dicta, soror: lapides loqueris.
Eun. Hëia, hoc face, quod te iubet soror. *Meg.* Si lubeat, faciam.
Eun. in rem hoc tuam est. *Meg.* ut quidem emoriar, priusquam ducam.
His legibus sed si, soror, quam vis dare, ducam,
Quae cras veniat, perendie foras ferátur:
His legibus quam vis, cedo, nuptias adorna.
Eun. Quam maxuma possum tibi, fratér, dare dote:
Sed est grandior natu, media est mulieris aetas.
Eam si jubes, fratér, tibi me poscere, poscam.
Meg. Numnam vis me interrogare te? *Eun.* Imo, si quid vis, roga.
Meg. Post mediam aetatem qui media ducit uxorem domum;
Si eam senex anum praegnatem fortuitu fecerit,
Quid dubitas, quin sit paratum nomen puero Postumus?
Nunc ego istum, soror, laborem demam et diminuam tibi.
Ego virtute Deum et majorum nostrum dives sum satis.
Istas magnas factiones, animos, dotes dapsilis,
Clamores, eburata vehicula, impéria, pallas, purpuram,
Nil moror, quae in servitutem sumtibus redigunt viros.
Eun. Dic mihi, quaeso, quis est, quam vis ducere uxorem? *Meg.* Eloquar.
Nostin' hunc senem Euclionem ex proximo pauperculum?
Eun. Novi hominem haud malum mecastor. *Meg.* Eius cupio filiam
Virginem mihi desponderi: verba ne faciás, soror.
Scio, quid dictura es: hanc esse paúperem; haec paupér placet.
Eun. Di bene vortant. *Meg.* Idem ego spero. *Eun.* Quid? me numquid vis? *Meg.* Valc.

Eun. Et tu, frater. *Meg.* Ego conveniam Euclionem, si domi
Est, sed eccum: nescio, unde sese homo recipit domum.

SCENA II.

EUCLIO, MEGADORUS.

Praesagibat mihi animus, frustra me ire, quom exibam domo.
Itaque abibam invitus: nam nec quisquam Curialium
Venit, nec magister, quem dividere argentum oportuit.
Nunc domum properare propero: nam egomet sum hic, animus domi est.
Meg. Salvus atque fortunatus, Euclio, semper sies.
Eucl. Di te ament, Megadore. *Meg.* Quid tu? recten' atque ut vis vales?
Eucl. Non temerariumst, ubi dives blande appellat paúperem.
Jam illic homo aurum mé scit habere, eo mé salutat blandius.
Meg. Ain' tu te valére? *Eucl.* Pol ego haud á pecunia pérbene.
Meg. Pol, si est animus aequus tibi, habes sat, qui bene vitam colas.
Eucl. Anus hercle huic indicium fecit de auro: perspicué palamst,
Cui ego jam linguam praecidam, atque oculos effodiam domi.
Meg. Quid tu solus tecum loquere? *Eucl.* Meam pauperiem conqueror.
Virginem habeo, grandem, dote cassam, atque illocabilem;
Neque eam queo locare cuiquam. *Meg.* tace: bonum habe animum, Euclio:
Dabitur: adiuvabere a me: dic si quid opust, impera.
Eucl. Nunc petit, quom pollicetur: inhiat aurum, ut devoret.
Altera manu fert lapidem, panem ostentat altera.

Némini credó, qui large blándust dives paúperi.
Ubi manum iniicít benigne, ibi ónerat aliquam zámiam.
Égo istos novi pólypos, qui sibi quídquid tetigerint, tenent.
Meg. Dá mihi operam parúmper; paucis, Eúclio, est quod té volo.
Dé communi re áppellare mea ét tua. *Eucl.* hei miseró mihi!
Aúrum mihi intus hárpagatumst: núnc hic eam rem vólt, scio,
Mécum adire ad páctionem: vérum intervisám domum.
Meg. Quónam abis? *Eucl.* Jam ad té revortar: námque est, quod visám domum.
Meg. Crédo edepol, ubi méntionem ego fécero de fília,
Mihi út despondeát, sese a me dérideri rébitur.
Néque illo quisquam est álter hodie ex paúpertate párcior.
Eucl. Dí me servant, sálva res est: sálvom est, si quid nón perit.
Nímis male timuí, priusquam intro rédii, exanimátus fui. —
Rédeo ad te, Megadóre, si quid mé vis. *Meg.* habeo grátiam.
Quaéso quod te pércontabor, ne íd te pigeat próloqui.
Eucl. Dúm quidem ne pérconteris, quód non lubeat próloqui.
Meg. Díc mi, quali me árbitrare génere prognatúm?
Eucl. bono.
Meg. Quíd fide? *Eucl.* boná! *Meg.* quid factis? *Eucl.* néque malis neque improbis.
Meg. Aétatem meam scis? *Eucl.* scio esse grándem itidem ut pecúniam.
Meg. Cérte edepol equidém te civem síne mala omni málitia
Sémper sum arbitrátus, et nunc árbitror. *Eucl.* Aurum huíc o'et.
Quíd nunc me vis? *Meg.* quóniam tu me, et égo te qualis sis, scio:

Quaé res recte vórtat, mihique tíbique tuaeque fíliae,
Fíliam tuám mihi uxórem pósco: promitte hóc fore.
Eucl. Heía, Megadore, haúd decorum fácinus tuis factís facis,
Ut inopem atque innóxium abs te, atque ábs tuis me irrídeas.
Nám de te neque ré, neque verbis mérui, ut faceres, quód facis.
Meg. Néque edepol ego té derisum vénio, neque derídeo,
Néque dignum arbitrór. *Eucl.* cur igitur póscis meam gnatám tibi?
Meg. Ut propter me tíbi sit melius, míhique propter te ét tuos.
Eucl. Vénit hoc mihí, Megadore, in méntem, te hominem dívitem
Fáctiosum; mé item esse hominem paúperum paupérrimum.
Núnc si filiám locassim meám tibi, in mentém venit,
Té bovem esse, et me ésse asellum: ubi técum conjunctús siem,
Ubi onus nequeam férre pariter, jáceam ego asinus in luto:
Tú me bos magis haúd respícias, gnátus quasi nunquám siem;
Ét te utar iníquiore, et meús me ordo irrídeat;
Neútrubi habeam stábile stabulum, sí quid divorti fuat,
Né noctu, ne diú quietus únquam eam, neu dórmiam.
Asini me mordícitus scindant, bovés incursent córnibus;
Hóc magnumst perículum, ab asinis me ád boves transcéndere.
Meg. Quam ád probos propínquitate próxime te adjúnxeris,
Tam óptumumst; tu cónditionem hanc áccipe: auscultá mihi,
Atque eam despondé mihi. *Eucl.* at nihil est dótis qui dem. *Meg.* Né duis.

Dúmmodo moráta recte véniat, dotata ést satis.
Eucl. Eó dico, ne mé thesauros répperisse cénseas.
Meg. Nóvi, ne doceás: desponde. *Eucl.* fíat, sed proh Júppiter!
Nón ego disperíi? *Meg.* quid tibi est? *Eucl.* quid crépuit quasi ferrúm modo?
Meg. Híc apud me hortúm confodere jússi; sed ubi hic ést homo? —
Abiit, neque me cértiorem fécit: fastidít mei.
Quía videt me súam amicitiam vélle, more hominúm facit.
Nám si opulentus ít petitum paúperioris grátiam,
Paúper metuit cóngrediri; pér metum male rém gerit.
Idem quando illaéc occasio périit, post seró cupit.
Eucl. Si hércle ego te non élinguandam dédero usque ab radícibus,
Auctor sum, imperóque, ut tu me cuívis castrandúm loces.
Meg. Video hercle ego te me árbitrari, Euclio, hominem idóneum,
Quém senecta aetáte ludos fácias, haud meritó meo.
Eucl. Néque edepol, Megadore, facio: néque si cupiam, cópiast.
Meg. Quíd nunc? etiam mihi despondes fíliam? *Eucl.* illis légibus,
Cum illa dote, quám tibi dixi. *Meg.* spónden' ergo? *Eucl.* spóndeo.
Meg. Di bene vortant. *Eucl.* íta Di faxint; íllud facito, ut mémineris
Convenisse, ut né quid dotis méa ad te adferret fília.
Meg. Mémini. *Eucl.* at scio, quo vós soleatis pácto perplexárier.
Páctum non pactúmst, non pactum páctumst, quod vobis lubet.
Meg. Núlla controvérsia mihi técum erit; sed núptias
Hódie quin faciámus num qua caúsa est? *Eucl.* imo pol óptuma.

Meg. Ibo igitur, parábo. numquid mé vis? *Eucl* istuc. *Meg.* fiét; vale. —
Heús Strobile, séquere propere me ád macellum strénue.
Eucl. Illic hinc abiit; Di immortales, óbsecro, aurum quíd valet!
Crédo ego illum jam índaudisse, mihi ésse thesaurúm domi;
Id inhiat, ea affínitatem hanc óbstinavit grátia.

SCENA III.

EUCLIO, STAPHYLA.

Ubi tu es, quae déblaterasti iám vicinis ómnibus,
Meaé me filiaé daturum dótem? heus, Staphyla, té voco:
Écquid audis? váscula intus púre propera atque élue.
Filiam despóndi ego; hodie núptum huic Megadoró dabo.
St. Di bene vortant; vérum ecastor nón potest: subitúmst nimis.
Eucl. Táce atque abi: curáta fac sint quom á foro redeám domum.
Atque occlude aedís: ïam hic ego ádero. *St.* quid ego núnc agam?
Núnc nobis prope adést exitium, mihi átque herili fíliae.
Nám probrum atque pártitudo própe adest, ut fiát palam.
Quód celatum ~~est~~ átque occultatum úsque adhuc, nunc nón potest.
Ibo intro, ut herus quae ímperavit fácta, cum veniát, sient.
Nam écastor malúm moerorem métuo, ne mistúm bibam.

SCENA IV.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIO.

Postquam óbsonavit hérus et conduxit coquos,

Tibícinasque hasce ápud forum, edixít mihi,
Ut dispartirem obsónium hic bifáriam.
Anthr. Me tú quidem hercle hic tám palam non dívides;
Si quó tu totum me íre vis, operám dabo.
Congr. Bellum ét pudicum véro prostibulúm popli!
Post si quis vellet, haúd nevelles dívidi?
Str. Atqui égo istuc, Anthrax, áliovorsum díxeram,
Non ístuc, quo tu insímulas; sed herus núptias
Meus hódie faciet. *Congr.* Cúius ducet fíliam?
Str. Vicíni Eucliónis huius e próximo.
Ei ádeo obsoni hinc dimidium jussít dari,
Cocum álterum, itidemque álteram tibícinam.
Congr. Nempe huíc dimidium dúcis, dimidiúm domum?
Str. Nempe sícut dicis. *Congr.* Quíd? hic non poterat dé suo
Senex óbsonari fíliaï in núptiis?
Str. Vah! *Congr.* Quíd negoti est? *Str.* quíd negoti sít, rogas?
Puméx non aeque est áridus, atque hic ést senex.
Congr. Ain' tándem? ita est, ut dícis? *Str.* tute exístuma.
Quin Dívum atque hominum clámat continuó fidem,
Suam rém perisse, séque eradicácier,
De suó tigillo fúmus si qua exít foras.
Quin cum ít dormitum, fóllem obstringit ób gulam.
Congr. Cur? *Str.* né quid animae fórte amittat dórmiens.
Congr. Etiámne obturat inferiorem gútturem?
[Ne quíd animaï fórte amittat dórmiens?]
Str. Haec míhi ted, ut tibí med aequumst crédere.
Congr. Imo équidem credo. *Str.* át scin' etiam quó modo?
Aquam hércle plorat, quóm lavat, profúndere.
Congr. Censén, talentum mágnum exorarí potesse
Ab hóc sene, ut det, quí fiamus líberi?
Str. Famem hércle utendam, sí roges, nunquám dabit.
Quin ípsi pridem tónsor unguis démserat;
Collégit, omnia ábstulit praeségmina.

Congr. Edepól, mortalem párce parcum praédicas.
Censén' vero adeo párcum et misere vívere?
Str. Pulméntum pridem eídem eripuit mílüus:
Homo ád praetorem déplorabundús venit:
Infít ibi postuláre, plorans, éiulans,
Ut sibi liceret mílüum vadárier.
Sexcénta sunt quae mémorem, si sit ótium.
Sed úter vostrum est célerior? memorá mihi.
Congr. Ego ut múlto melior. *Str.* Cócum ego, non furém rogo.
Congr. Cocum érgo dico. *Str.* quíd tu ais? *Anthr.* sic sum, út vides.
Congr. Cocus ílle nundinálist, in nonúm diem
Solet íre coctum. *Anthr.* Tún' trium literárum homo,
Me vítuperas, fur, étiam fur, trifúrcifer?
Str. Tace núnc ïam tu, atque, ágnum horum uter est pinguior —
Anthr. Licét. *Str.* tu, Congrio, eúm sume, ***
Atque abi íntro illuc et vos eum sequimini.
Vos céteri illuc ád nos. *Anthr.* hercle injúria
Dispártivisti: pínguiorem agnum ísti habent.
Str. At núnc tibi dabitur pínguior tibícina.
I sáne cum illo, Phrygia, tu autem, Eleúsium,
Huc íntro abi ad nos. *Congr.* O Strobile súbdole,
Huccíne detrusti me ád senem parcissumum?
Ubi síquid poscam, usque ád ravim poscám prius
Quam quícquam detur. *Str.* Stúltum est et sine grátia,
Te ibi récte facere, quándo quod faciás perit.
Congr. Qui véro? *Str.* rogitas? jám principio in aédibus
Turba ístic nulla tibi erit: si quid utí voles,
Domo ábs te afferto, ne óperam perdas póscere.
Hic apúd nos magna túrba ac magna fámiliast,
Suppéllex, aurum, véstes, vasa argéntea:
Ibi sí perierit quíppiam (quod té scio
Facile ábstinere posse, si nihil óbviam est,)
Dicánt: coci abstulérunt, comprehéndite,
Vincíte, verberáte, in puteum cóndite.
Horúm tibi istic nihil eveniet: quíppe qui

Ubi quíd surripias, níhil est; sequere hac mé. *Congr.* Sequor.

SCENA V.

STROBILUS, STAPHYLA, COCI.

Heus, Stáphyla prodi, atque óstium aperi. *St.* Quí vocat?
Str. Strobílus. *St.* quid vis? *Str.* hós ut accipiás coquos,
Tibícinamque, obsóniumque in núptias.
Megadórus jussit Eúclioni haec míttere.
St. Cererín' Strobile, hás facturi núptias?
Str. Qui? *St.* quía temeti níhil allatum intéllego.
Str. At jam áfferetur, si á foro ipsus rédierit.
St. Ligna hic apud nos núlla sunt. *Congr.* Sunt ásseres?
St. Sunt pól. *Congr.* sunt igitur ligna; ne quaerás foris.
St. Quid, ímpurate, quámquam Vulcanó studes,
Coenaéne causa, aut tuaé mercedis grátia
Nos nóstras aedis póstulas combúrier?
Congr. Haud póstulo. *Str.* duc ístos intro. *St.* Séquimini.

SCENA VI.

PYTHODICUS.

Curáte; ego intervísam quid faciánt coqui,
Quos pól ut ego hodie sérvem, cura máxumast;
Nisi únum hoc faciam, ut in puteo coenám coquant.
Inde cóctam sursum súbducemus córbulis.
Si autém deorsum cómedent, si quid cóxerint,
Superi íncoenati sunt, et coenati inferi.
Sed vérba hic facio, quási negoti níl siet,
Rapácidarum ubi tántum sit in aédibus.

SCENA VII.

EUCLIO, CONGRIO.

Volui ánimum tandem cónfirmare hodié meum,
Utí bene haberem fíliai núptiis.

Venio ád macellum, rógito piscis: índicant
Carós; agninam cáram, caram búbulam,
Vitulínam, cetum, pórcinam; cara ómnia:
Atque eó fuerunt cáriora, aes nón erat.
Irátus abeo illínc, quoniam nihil ést, qui emam.
Ita illís impuris ómnibus adii manum.
Deinde égomet mecum cógitare intér vias
Occépi: festo dié si quid prodégeris,
Profésto egere líceat, nisi pepérceris.
Postquam hánc rationem córdi ventrique édidi,
Accéssit animus ád meam sententiam,
Quam mínimo sumtu fíliam ut nuptúm darem.
Nunc túsculum emi et hás coronas flóreas:
Haec imponentur in foco nostró Lari,
Ut fórtunatas fáciat gnatae núptias.
Sed quíd ego apertas aédis nostras cónspicor?
Et strépitust intus; númnam ego compilór miser?
Congr. Aulám majorem, si potes, vicínia
Pete: haéc est parva, cápere non quit. *Eucl.* heí mihi,
Perii hercle! aurum rápitur, aula quaéritur.
Nimírum occidor, ni íntro huc propero cúrrere.
Apóllo, quaeso, súbveni mihi, atque ádjuva,
Confige sagittis fúres thesaurários,
Cui in re tali jám subvenisti ántidhac.
Sed césso priusquam prórsus perii, cúrrere?

SCENA VIII.

ANTHRAX.

Dromó, desquama píscis; tu Machaério
Congrúm, muraenam exdórsua, quantúm potest:
[Atque ómnia, dum absum hinc, éxossata fác sient]
Ego hínc artoptam ex próxumo utendám peto
A Cóngrione; tu ístum gallum, si sapis,
Glabriórem reddes míhi, quam volsus lúdiust.
Sed quíd hóc clamoris óritur hinc ex próxumo?
Coqui hércle credo fáciunt officium suum.
Fugiam íntro, ne quid túrbai hic itidém fuat.

ACTUS TERTIUS.

SCENA I.

CONGRIO.

Óptati civés, populares, íncolae, accolae, ádvenae omnes,
Dáte viam, qua fúgere liceat, fácite totae pláteae pateant,
Néque ego umquam, nisi hódie ad Bacchas véni in Bacchanál coquitatum:
Íta me miserum et meós discipulos fústibus male cóntuderunt.
Tótus doleo atque óppido perii; íta me iste habuit senéx gymnasium.
Neque ligna ego usquam géntium praebéri vidi púlchrius:
Itaque ómnis exegít foras me atque hós onustos fústibus.
Attát, perii hercle egó miser! aperítur Bacchanál, adest:
Sequitúr; scio quam rém geram: hoc ipsús magister mé docet.

SCENA II.

EUCLIO, CONGRIO.

Rédi: quó fugis núnc? téne, tene. *Congr.* quíd tu, stólide, clámas?
Eucl. Quía ad trésviros iám ego déferám tuum nómen. *Congr.* quámobrem?
Eucl. Quía cúltrum habes. *Congr.* hém, cocúm decét. *Eucl.* quid cómminátu's
Mihi? *Congr.* istúc male fáctum árbitror, quía nón latus fódi.
Eucl. Hómo núllus est, té sceléstiór qui vívat hódie,
Néque quoi ámplius de índústria mále plús lubens fáxim.

Congr. Pól etsi taceás, palam íd quidem est: res ipsa téstist.
Ita fústibus súm móllior mágis quam úllus cinaédus.
Séd quíd tibi nos, mendíce homó, táctio est? quaé res?
Eucl. Étiám rogitás? án quia mínus quam aéquom erat, féci?
Congr. Síne. at hércle cum mágnó malo tuó, si hóc caput séntit.
Eucl. Pól ego haúd scio quíd póst fuat: tuúm núnc caput séntit.
Séd in aédibus quíd tibi meís nam erát negóti
Me ábsénte, nisi égo iússeram? vólo scíre. *Congr.* tace érgo.
Quía vénimus cóctum ad núptiás. *Eucl.* quíd, malum, cúras
Tú, utrúm crudum án cóctum edam, nísi tú mihi es tútor?
Congr. Vólo scire, sinás, an nón sinás nos cóquere hic coénam.
Eucl. Vólo scire ego item meaé domi méan' sálva futúra.
Congr. útinám mea mihi modo aúferám, quae áttuli, sálva.
Me haúd poénitet, túa ne éxpetam. *Eucl.* Scío, né doce: nóvi.
Congr. Quíd est, quá prohibés nunc grátiá nos cóquere hic coénam?
Quíd fécimus? quíd díximus tibi sécus quam vélles?
Eucl. Étiám rogitás, scelésteh omó, qui ángulos ómnis
Meárum aédium et cónclávium mihi pérviam fácitis?
íd ubí tibi erát negótium, ád focúm si adésses,
Nón fissile habérés caput; mérito íd tibi fáctum est.
ádeo út meam sénténtiam iam nóscere póssis:
Si ád iánuam huc áccésseris, nísi iússero, própius,
Égo té faciám, misérrumus mórtális utí sis.
Scís jám meam sénténtiam? quó abís? redi rúrsum.
Congr. íta mé bene amét Lavérna, té iám nisi réddi
Mihi vása iubés, pípulo différam hic ante aédis —.

Quíd ego nunc agám? nae ego edepol véni huc auspició malo;
Númo sum conductus: plus iam médico mercede ést opus. —
Euct. Hóc quidem hercle, quóquo ibo, mécum erit, mecúm feram,
Néque istuc in tantís periclis úmquam committam út siet.
Íte sane núnc iam intro omnes ét coqui et tibícinae;
Étiam, si vis introduce vél gregem venálium.
Cóquite, facite, féstinate núnc ïam quantúm lubet.
Congr. Témperi: postquam implevisti fústi fissorúm caput.
Eucl. Intro abite; opera húc conducta est véstra, non orátio.
Congr. Heú, senex, pro vápulando hercle égo abs te mercedém petam;
Cóctum ego, non vápulatum dúdum conductús fui.
Eucl. Lége agito mecúm, molestus né sis: i, et coenám coque,
Aút abi in malúm cruciatum ab aédibus. *Congr.* abi tú modo.

SCENA III.

EUCLIO.

Illic hinc abiit; Di immortales, fácinus audax incipit,
Quí cum opulento paúper coepit rém habere aut negótium.
Véluti me Megadórus tentat ómnibus miserúm modis;
Quí simulavit meí honoris míttere huc causá coquos,
Is ea causa misit, hoc qui súrriperent miseró mihi.
Cóndigne etiam mé meus intus gállus gallináceus,
Quí erat anui péculiaris, pérdidit peníssume;
Úbi erat haec defóssa, occoepit ibi scalpturire úngulis
Circumcirca; quíd opust verbis? ita mi pectus péracuit;
Cápio fustem, obtrúnco gallum, fúrem manifestárium.

Crédo ego illi edepól mercedem gállo pollicitós coquos,
Si íd palam fecísset; exemi é manu manúbrium.
Quíd opust verbis? fáctast pugna in gállo gallináceo.
Sed Megadorus méus affínis éccum incedit á foro.
Jam húnc non ausim praéterire, quin consistam et cólloquar.

SCENA IV.

MEGADORUS, EUCLIO.

Narrávi amicis múltis consiliúm meum
De cónditione hac Eúclionis fíliae.
Laudánt sapienter fáctum et consilió bono.
Nam, meó quidem animo sí idem faciant céteri,
Opuléntiores paúperiorum fílias
Ut índotatas dúcant uxorés domum:
Et múlto fiat cívitas concórdior,
Et invídia nos minóre utamur, quam útimur,
Et illaé malam rem métuant, quam metuúnt magis,
Et nós minore súmtu simus, quám sumus.
In máxumam illuc pópuli partem est óptumum;
In paúciores ávidos altercátio est,
Quorum ánimis avidis, átque insatietátibus,
Neque léx neque tutor cápere est qui possít modum.
Namque hóc qui dicat: Quo íllae nubent dívites
Dotátae, si istud jús pauperibus pónitur? —
Quo lúbeat, nubant, dúm ne dos fiát comes.
Hoc sí ita fiat; móres meliorés sibi
Parént, pro dote quós ferant, quam núnc ferunt,
Ego fáxim, muli, prétio qui superánt equos,
Sint víliores Gállicis canthériis.
Eucl. Ita mé Di amabunt, út ego hunc auscultó lubens
Nimis lépide fecit vérba ad parsimóniam.
Meg. Nulla ígitur dicat: Équidem dotem ad te ádtuli
Maiórem multo, quám tibi erat pecúnia;
Enim míhi quidem aequumst, púrpuram atque aurúm dari,

Ancíllas, mulos, múliones, pédisequos,
Salútigerulos púeros, véhicla, quí vehar.
Eucl. Ut mátronarum hic fácta pernovit probe;
Praefectum moribus múlierum hunc factúm velim.
Meg. Nunc quóquo venias, plús plaustrorum in aédibus
Videás, quam ruri, quándo ad villam véneris;
Sed hoc étiam pulchrumst, praé quam ubi sumtúi petunt.
Stat fúllo, phrygio, aúrifex, lanárius;
Caupónes patagiárii, indusiárii,
Flammárii, violárii, carinárii,
Aut mánulearii, aút murobrechárii,
Propólae, linteónes, calceolárii,
Sedentárii sutóres, diabathrárii,
Soleárii astant, ástant molochinárii;
Petúnt ciniflones, sárcinatorés petunt;
Strophiárii astant, ástant semizonárii.
Jam hósce absolutos cénseas: cedúnt, petunt
Trecénti; circumstánt phylacistae in átriis
Textóres, limbolárii, arculárii;
Ducúntur * * * aés datur.
Jam hósce absolutos cénseas * * *
Cum incédunt infectóres calthulárii,
Aut áliqua mala crux sémper est, quae aliquid petat.
Eucl. Compéllem ego illum, ní metuam, ne désinat
Memoráre mores múlierum: nunc sic sinam.
Meg. Ubi núgigerulis rés solutast ómnibus,
Ibi ád postremum cédit miles, aés petit;
Itúr, putatur rátio cum argentário;
Impránsus miles ástat, aes censét dari.
Ubi dísputatast rátio cum argentário,
Etiám plus ulto débet argentário
Pro illís crocotis, stróphiis, sumtu uxório.
Spes prórogatur míliti in alium diem.
Haec súnt atque aliae múltae in magnis dótibus
Incómmoditates, súmtusque intolerábiles.
Nam quae índotata est, éa in potestateést viri;

Dotátae mactant ét malo et damnó viros.
Sed éccum affinem ante aédis; quid agis, Eúclio?
Eucl. Nimiúm lubenter aúdi sermoném tuum.
Meg. Ain'? aúdisti? *Eucl.* usque a príncipio omnia.
Meg. É tamen
Meó quidem animo paúlo facias réctius,
Si nítidior sis fíliai núptiis.
Eucl. Prae ré nitorem et glóriam prae cópia
Qui habént, meminerint sése unde oriundí sient.
Nec pól, Megadore, míhi nec cuiquam paúperi
Opínione mélius res structást domi.
Meg. Imo ést * * et Dí faciant, utí siet,
Plus plúsque istuc tibi sóspitent quod núnc habes.
Eucl. Illúc mihi verbum nón placet: Quod núnc habes.
Tam hic scít me habere, quam égomet; anus fecít palam.
Meg. Quid tú te solus é senatu sévocas?
Eucl. Pol ego, út te accusem mérito, meditabár.
Meg. Quid est?
Eucl. Quid sít, me rogitas? quí mihi omnis ángulos
Furum implevisti in aédibus miseró mihi,
Qui mihi intromisti in aédis quingentós coquos
Cum sénis manibus, génere Geryonáceo,
Quos si Argus servet, qui óculeus totús fuit,
Quem quóndam Joni Júno custodem áddidit,
Is númquam servet; praéterea tibicinam,
Quae mihi interbibere sóla, si vinó scatat,
Corínthiensem fóntem Pirenám potest.
Tum obsónium autem! *Meg.* pól vel legioní sat est;
Etiam ágnum misi. *Eucl.* quó quidem agno, sát scio,
Magis cúrionem núsquam esse ullam bélluam.
Meg. Volo ego éx te scire, quí sit agnus cúrio.
Eucl. Qui ossa átque pellis tótu'st, ita curá macet.
Quin éxta inspicere in sóle etiam vivó licet,
Ita is péllucet quasi lucerna Púnica.
Meg. Caedúndum illum ego condúxi. *Eucl.* tum tu idem óptumumst

Loces éfferendum, nám jam, credo, mórtuust.
Meg. Potáre ego hodie, Eúclio, tecúm volo.
Eucl. Non pótem ego quidem hércule. *Meg.* at ego jússero
Cadum únum vini véteris a me afférrier.
Eucl. Nolo hércle; nam mi bíbere decretúmst aquam.
Meg. Ego te hódie reddam mádidum, si vivó, probe,
Tibi, cui decretumst bíbere aquam. *Eucl.* Scio, quám rem agat.
Ut mé deponat víno, eam affectát viam;
Post hóc, quod habeo, ut cómmutet colóniam.
Ego íd cavebo; me álicubi abstrudám foris.
Ego fáxo, et operam et vínum perdiderit simul.
Meg. Ego, nísi quid me vis, eó lavatum ut sácruficem.
Eucl. Edepól nae tu, Aula, múltos inimicós habes,
Atque ístuc aurum, quód tibi concréditumst.
Nunc hóc mihi factu est óptumum, ut ted aúferam,
Aula, ín Fidei fánum; ibi abstrudám probe.
Fidés, novisti me ét ego te: cave sís tibi,
Ne tu ímmutassis nómen, si hoc concréduo.
Ibo ád te fretus tuá, Fides, fidúcia.

ACTUS QUARTUS.

SCENA I.

STROBILUS.

Hóc est servi fácinus frugi, fácere quod ego pérsequor:
Nám qui hero ex senténtia servíre servus póstulat,
In herum matura, ín se sera cóndecet capéssere,
Néc morae moléstiaeque impérium herile habeát sibi.
Sín dormitet, íta dormitet, sérvom sese ut cógitet.
Nám qui hero amanti sérvitutem sérvit, quasi ego sérvio,
Si hérum videt superáre amorem, hoc sérvi esse officiúm reor,

Rétinere ad salútem: non eum, quo íncumbat, eo impéllere.
Quási puer, qui náre discit, scírpea induitúr rati,
Quí laboret mínus, facilius út net, et moveát manus:
Eó modo servóm ratem esse amánti hero aequum cénseo,
Ut toleret, ne péssum abeat, tanquám * * *
Héri imperium ediscat, ut quod fróns velit, oculí sciant;
Quód iubeat, citís quadrigis cítius properet pérsequi.
Qui éa curabit, ábstinebit cénsione búbula.
Néque opera sua úmquam rediget in splendorem cómpedes.
Núnc herus meus amat fíliam huius Eúclionis paúperis:
Éam hero nunc renúnciatumst núptum huic Megadoró dari.
Is speculatum huc mísit me, ut quae fierent, fieret párticeps.
Núnc sine omni súspicione in ára hic assidám sacra,
Hínc ego et huc et ílluc potero, quíd agant, arbitrárier.

SCENA II.

EUCLIO, STROBILUS.

Tú modo cave cuiquam índicassis, aúrum meum esse istíc, Fides,
Nón metuo, ne quísquam inveniat: íta probe in latebris situmst.
Édepol nae illic púlchram praedam agát, si qui illam invénerit
Aúlam onustam aurí; verum id te quaéso ut prohibessís, Fides.
Núnc lavabo, ut rém divinam fáciam, ne affiném morer,
Quín, ubi arcessat, meám extemplo fíliam ducát domum.

Vide, Fides, etiam átque etiam nunc, sálvam ut aulam abs te aúferam.
Tuaé fide concrédidi aurum: in tuó luco et fano ést situm
Str. Di ímmortales! quód ego hunc hominem fácinus audió loqui?
Se aúlam onustam auri ábstrusisse hic íntus in fanó. Fides,
Cáve tu illi fidélis, quaeso, pótius fueris, quám mihi.
Atque pater hîc, út ego opinor, húius est, herús quam amat.
Ibo hinc intro: pérscrutabor fánum, si inveniam úspiam
Aúrum, dum hic est óccupatus; séd si repereró, Fides,
Múlsi congiálem plenam fáciam tibi fidéliam;
Id adeo tibi fáciam: verum ego míhi bibam, id ubi fécero.

SCENA III.

EUCLIO.

Nón temere est, quod córvos cantat míhi nunc ab laevá manu;
Símul radebat pédibus terram et vóce crocibát fera.
Cóntinuo meúm cor coepit ártem facere l dicram,
Atque in pectus émicare; séd ego cesso cúrrere?

SCENA IV.

EUCLIO, STROBILUS.

Fóras, foras, lumbrice, qui sub térra erepsisti modo,
Quí modo nusquam comparebas, núnc quom comparés, peris.
Égo edepol te, praéstigiator, míseris iam accipiám modis.
Str. Quaé te, mala crux, ágitat? quid tibi mécum est commercí, senex?

Quíd me afflictas? quíd me raptas? quá me causa vérberas?
Eucl. Vérberabilíssime, etiam rógitas? non fur, séd trifur.
Str. Quíd tibi surripuí. *Eucl.* redde huc sis. *Str.* quíd tibi vis reddám? *Eucl.* rogas?
Str. Nihíl equidem tibi ábstuli. *Eucl.* at illud quód tibi abstulerás cedo.
Écquid agis? *Str.* Quid agám? *Eucl.* auferre nón potes. *Str.* quid vís tibi?
Eucl. Póne. *Str.* equidem pol té datare crédo consuetúm, senex.
Eucl. Póne hoc sis: auférr cavillam: nón ego nunc nugás ago.
Str. Quíd ego ponam? quín tu eloquere quicquid est suo nómine.
Nón hercle equidem quídquam sumsi, néc tetigi. *Eucl.* ostende húc manus.
Str. Hém tibi! *Eucl.* ostende. *Str.* éccas. *Eucl.* video; age óstende etiam tértiam.
Str. Lárvae hunc atque intémperiae insániaeque agitánt senem.
Fácisne injuriam mihi án non? *Eucl.* fateor, quía non pendes, máxumam.
Atque id quoque jam fíet, nisi fatére. *Str.* quid fateár tibi?
Eucl. Quíd abstulisti hinc? *Str.* Dî me perdant, sí ego tui quicquam ábstuli,
Níve adeo abstulísse vellem. *Eucl.* Agedum excute dum pállium —
Str. Tuo árbitratu. *Eucl.* ne ínter tunicas hábeas. *Str.* tenta quálubet.
Eucl. Váh, scelestus, quám benigne! ut ne ábstulisse intéllegam.
Nóvi sycophántias; age rúrsus ostende húc manum
Déxteram. *Str.* hem! *Eucl.* nunc laévam ostende. *Str.* quín equidem ambas prófero.

Eucl. Jám scrutari mítto; redde huc. *Str.* quíd reddam? *Eucl.* ah nugás agis,
Cérte habes. *Str.* habeo égo? quid habeo? *Eucl.* nón dico, audire éxpetis.
Id meum quicquíd habes redde. *Str.* insánis: perscrutátus es
Tuo árbitratu, néque tui me quícquam invenistí penes.
Eucl. Máne, mane: quis íllic est, qui intus álter erat tecúm simul?
Périi hercle! ille nunc íntus turbat; húnc si amitto, hic ábierit;
Póstremo hunc jam pérscrutavi; hic níhil habet; abi quó lubet.
Júpptiter te Díque perdant. *Str.* Haúd agit male grátias.
Eucl. Ibo hinc intro atque illí socienno tuó iam interstringám gulam.
Fúgin' hinc ab oculis? abin' hinc an nón? *Str.* abeo. *Eucl.* cave révideam.

SCENA V.

STROBILUS.

Ecmórtuum ego me mávelim letó malo,
Quam nón ego illi dém hodie insidiás senī:
Namque hic jam non audébit aurum abstrúdere,
Credo écferet jam sécum et mutabit locum.
Atát foris crepuit! senéx eccum aurum ecfért foras.
Tantísper hinc ab jánua concéssero.

SCENA VI.

EUCLIO, STROBILUS.

Fidé censebam máxumam multó fidem
Esse; éa sublevit ós mihi peníssume.
Ni súbvenisset córvos, periisém miser
Nimis hércle ego illum córvum ad me veniát velim,
Qui indícium fecit, úti ego illi aliquíd boni —

Dicám, nam quod edit, tám duim, quam pérduim.
Nunc hóc ubi abstrudam cógito solúm locum.
Silváni lucus éxtra murum est ávius,
Crebró salicto opplétus, ibi sumám locum.
Certúmst, Silvano pótius credam, quám Fide.
Str. Euge! Eúge! Di me sálvom et servatúm volunt.
Jam ego illúc praecurram, atque ínscendam aliquam in árborem:
Indeque óbservabo, aúrum ubi abstrudát senex.
Certúmst malam rem pótius quaeram cúm lucro.

SCENA VII.

LYCONIDES, EUNOMIA, PHAEDRIA.

Dixí tibi mater: júxta rem mecúm tenes
Super Euclionis fília; nunc te óbsecro,
Resecróque, mater, quód dudum obsecráveram.
Fac méntionem cum avónculo, matér, mea:
Eun. Scis túte facta vélle me, quae tú velis,
Et istóc confido a frátre me impetrássere,
Et causa justast, sí quidem ita est, ut praédicas,
Te eam cómpressisse vínolentum vírginem.
Lyc. Egone út te advorsum méntiar, matér mea?
Ph. Perii, mea nutrix! óbsecro te, uterúm dolet,
Junó Lucina, tuám fidem! *Lyc.* hem, matér mea,
Tibi rém potiorem vídeo: clamat, párturit.
Eun. I hac íntro mecum, gnáte mi, ad fratrém meum,
[Ut ístuc quod tu me óras, efficiám tibi.]
Ut istúc quod me oras, ímpetratum ab eo aúferam.
Lyc. I, jám sequor te, máter; sed servóm meum
Strobílum miror úbi sit, quem égo me jússeram
Hic ópperiri. Núnc ego mecum cógito,
Si míhi dat operam, meílli irasci injúriumst.
Ibo íntro, ubi de cápite meo sunt cómitia.

SCENA VIII.

STROBILUS.

Picís divitiis, qui aúreos montés colunt,

Ego sólus supero; nam ístos reges céteros
Memoráre nolo, hóminum mendicábula.
Ego sum ílle rex Philippus. O lepidúm diem!
Nam ut dúdum hinc abii, illúc multo adveni prior,
Multóque prius me cóllocavi in árborem,
Indeque écspectabam ubi aúrum abstrudebát senex.
Ubi ille ábiit, ego me duó deorsum de árbore,
Effódio aulam auri plenam: inde ex eó loco
Videó recipere sé senem: ille me nón videt;
Nam ego déclinavi módo me paulum extrá viam.
Atát eccum ipsum; íbo ut hoc condám domum.

SCENA IX.

EUCLIO, LYCONIDES.

Perii, interii, occidi: quó curram? quo nón curram? tene, téne quem? quis?
Nescío, nil video, caécus eo, atque equidém quo eam, aut ubi sim, aút qui sim,
Nequeó cum animo certum ínvestigare: óbsecro vos ego, mi aúxilio,
Oro, óbtestor, sitis, et hominem demónstretis, qui eam ábstulerit.
Quid aís tu? tibi credére certum est: nam essé bonum e voltu cógnosco.
Quid est? quíd ridetis? nóvi omnis. scio fures esse hic cómpluris,
Qui véstitu et creta óccultant sese, átque sedent, quasi sint frugi.
Hem, némo habet horum: occídisti. dic ígitur, quis habet. néscis?
Hei mé miserum, miserúm: perii male pérditus: pessume ornátus eo.
Tantúm gemiti et malái maestitiae hic dies mihi óbtulit,
Famem ét pauperiem: pérditus penissume sum ego ómnium
In térra: nam quid mi ópus est vita, qui tantum auri pérdidi,

Quod cústodivi sédulo: egomét me defraudávi,
Animúmque meum, geniúmque meum: nunc eo álii laetificántur,
Meo málo et damno; pati néqueo.
Lyc. Quínam homo hic ante aédis nostras éiulans conquéritur moerens?
Hic quidem Euclio ést, opinor, óppido ego interii! palamst res.
Scít peperisse jam, út ego opinor, fíliam suam; núnc mihi incertumst,
Quid agám? — abeam án maneám? fugiam án adeám? quid agam, édepol néscio.
Eucl. Quís homo hic loquitur? *Lyc.* Égo sum miser. *Eucl.* imo égo sum et misere pérditus,
Cui tanta mala moéstitudo óbtigit. *Lyc.* animó bono es.
Eucl. Quo óbsecro pacto ésse possum? *Lyc.* quía istuc facinus quód tuum
Sóllicitat animum, id ego feci, et fáteor. *Eucl.* quid ego ex te aúdio?
Lyc. Id quod verumst. *Eucl.* quíd ego merui dé ted, adulescéns, mali?
Quamóbrem ita faceres, méque meosque pérditum ires líberos?
Lyc. Déus impulsor mi fuit, is me ad illam illexit. *Eucl.* quó modo?
Lyc. Fáteor peccavísse me, et me cúlpam commeritúm scio.
Id adeo te orátum advenio, ut ánimo aequo ignoscás mihi.
Eucl. Cúr id ausus fácere, ut id quod nón tuum esset tángeres?
Lyc. Quid vis fieri? fáctum est illud; fíeri infectum nón potest.
Deós credo voluisse; nam ni véllent, non fierét, scio.
Eucl. At ego Deos credó voluisse, ut ápud me te in nervo énicem.

Lyc. Ne ístuc dixis. *Eucl.* quíd tibi ergo meám me
invito táctiost?
Lyc. Quía vini vitio átque amoris féci. *Eucl.* homo
audacíssume,
Cum ístacin' te orátione huc ád me adire ausum,
ímpudens?
Nám si istuc jus ést, ut tu istuc éxcusare póssies,
Lúci claro déripiamus aúrum matronís palam;
Póst id, si prehénsi simus, éxcusemus, ébrios
Nós fecisse amóris causa; nímis vile est vinum átque
amor,
Si ébrio atque amánti impune fácere quod lubeát,
licet.
Lyc. Quín tibi ultro súpplicatum vénio ob stultitiám meam.
Eucl. Nón mihi homines placént, qui quando mále
fecerunt, púrgitant.
Tu íllam scibas nón tuam esse; nón attactam opórtuit.
Lyc. Érgo quia sum tángere ausus, haúd causificor
quín eam
Ego habeam potissumum. *Eucl.* tun' hábeas me invitó
meam?
Lyc. Haúd te invito postulo: sed meam ésse oportere árbitror.
Quín tu eam inveniés, inquam, meam illam ésse
oportere, Euclio.
Eucl. Jám quidem hercle te ád praetorem rápiam
et tibi scribám dicam,
Nísi refers. *Lyc.* quid tibi ego referam? *Eucl.* quód
surripuisti meum.
Lyc. Súrripui ego tuum? únde? aut quid id est?
Eucl. ita te amabit Júppiter,
Ut tu nescis? *Lyc.* nísi quidem tu mihi, quid quaeras, díxeris.
Eucl. Aúlam auri, inquam, té reposco, quám tu
confessús mihi
Te ábstulisse. *Lyc.* néque edepol ego díxi, neque
feci. *Eucl.* negas?

Lyc. Pérnego immo; nám neque ego aurum, néque
istanc aulam quaé siet,
Scio nec novi. *Eucl.* illam, éx Silvani lúco quam
abstulerás, cedo.
I, refer: dimídiam tecum pótius partem dívidam.
Tamétsi fur mihi és, molestus nón ero furi: refer.
Lyc. Sánus tu non és, qui furem mé voces; ego te,
Euclio,
De ália re rescísse censuí, quod ad med áttinet.
Mágna est res, quam ego técum otiose, si ótiumst,
cupió loqui.
Eucl. Díc bona fidé: tu id aurum nón surripuisti?
Lyc. bona.
Eucl. Néque scis, quis id abstúlerit? *Lyc.* istuc quóque bona. *Eucl.* atque id sí scies,
Qui ábstulerit, mihi índicabis? *Lyc.* fáciam. *Eucl.*
neque partém tibi
Ab eo, quiqui est, indipisces; néque furem excipiés? *Lyc.* ita.
Eucl. Quíd si fallis? *Lyc.* túm me faciat quód volt
magnus Júppiter.
Eucl. Sát habeo, age nunc lóquere quid vis. *Lyc.* Sí
me novisti minus,
Génere qui sim gnátus: hic mihi ést Megadorus
avónculus:
Meús fuit patér Antimachus: égo vocor Lycónides
Máter est Eunómia. *Eucl.* novi génus; nunc quid
vis? id volo
Nóscere ex te. *Lyc.* fíliam tu habés. *Eucl.* imo eccillám domi.
Lyc. Eám tu despondísti, opinor, meo avúnculo.
Eucl. omnem rém tenes.
Lyc. Is me nunc renúnciare répudium jussít tibi.
Eucl. Répudium, rebús paratis, éxornatis núptiis?
Ut illum Di immortáles omnes deaéque, quantumst,
pérduint,
Quém propter hodie aúri tantum pérdidi infelíx,
miser.

Lyc. Bóno animo es, benedíce; nunc quae rés tibi et gnatae tuae
Béne felicitérque vortat; íta Di faxint, inquito.
Eucl. Ita Di faciant. *Lyc.* ét mihi ita Di fáciant; audi núnc ïam.
Quí homo culpam admísit in se, núllust tam parvi preti,
Quín pudeat, quin púrget sese; núnc te obtestor, Euclio,
Sí quid ego ted érga imprudens péccavi aut gnatám tuam,
Ut mihi ignoscas, eámque uxorem míhi des, ut legés jubent:
Ego me injuriám fecisse filiae fatéor tuae,
Céreris vigiliis per vinum, atque ímpulsu adolescéntiae.
Eucl. Hei mihi! quod fácinus ex te ego aúdio? *Lyc.* cur éiulas?
Quémne ego avom jam féci, ut esses fíliai núptiis?
Nám tua gnata péperit decumo ménse post; numerúm cape;
Eá re repudiúm remisit avúnculus causá meá.
I intro, exquaere, sítne ita ut ego praédico. *Eucl.* perii óppido.
Íta mihi ad malúm malae res plúrimae se agglútinant.
Íbo intro, ut quid húius rei sit, sciam. *Lyc.* iam té sequor.
Haec própemodum iam esse ín vado salútis res vidétur.
Nunc sérvum esse ubi dicám meum Strobílum? non repério.
Nisi étiam hic opperiár tamen paulísper; postea intro
Hunc súbsequar; nunc ínterim spatium ei dabo exquiréndi
Meum fáctum ex gnatae pédisequa nutrice anu: ea rem nóvit.

ACTUS QUINTUS.

SCENA I.

STROBILUS, LYCONIDES.

Di immortales, quibus et quantis mé donatis gaudiis.
Quádrilibrem aulam aúro onustam habeó, quis est me dítior?
Quís me Athenis núnc mage quisquam est hómo, cui Di sint própitii?
Lyc. Cérto enim ego vocem hic loquentis módo me audire visus. *Str.* hem!
Hérumne aspicio meúm? *Lyc.* Strobilum video ego servóm meum?
Str. Ipsus est. *Lyc.* haud álius est. *Str.* congrédiar. *Lyc.* contollám gradum.
Crédo ego illum, ut jussi, eámpse anum adisse huíus nutricem virginis.
Str. Quin ego illi me invenisse dico hanc praedam atque éloquor?
Igitur orabo út manu me mittat: ibo et éloquar.
Répperi *Lyc.* quid répperisti? *Str.* nón quod pueri clámitant
In faba se répperisse. *Lyc.* jámne autem, ut solés, delúdis?
Str. Here, mane, eloquár; jam ausculta. *Lyc.* age ergo loquere. *Str.* répperi hodie.
Here, divitias nimias. *Lyc.* ubi nam? *Str.* quádrilibram aulam aúri plenam
Lyc. Quód ego facinus aúdio ex te? *Str.* huic súrpui seni Euclioni.
Lyc. Ubi id est aurum? *Str.* in árca apud me; núnc volo manú me emitti.
Lyc. Égone te manú emittam, scélerum cumulatissime? *Str.* abi, scio.
Here, quam rem gerás; lepide hercule égo animum tuúm tentavi.

Ut jam eriperes, ápparabas; quíd faceres, si rép-
perissem?
Lyc. Nón potes probásse nugas; í redde aurum. *Str.*
réddam ego aurum?
Lyc. Réddas, inquam, ut huíc reddatur. *Str.* únde?
Lyc. modo quod fássus esse 830
És in area. *Str.* sóleo hercle ego garríre nugas. *Lyc.*
ita loquor, scin',
Quómodo? *Str.* vel hércule enicá me, nunquam a
mé feres hinc

* * * * * * * * * * * * * * * * *

ADNOTATIONES

AD

M. ACCI PLAUTI

AULULARIAM.

RECENSUS

LIBRORUM SCRIPTORUM.

I. Ms. *Lipsiensis G. Hermanni*, de quo v. praefatio ad doctr. metr.

II. Mss. *Palatini Gruteri* Septem.

III. Mss. *Camerarii* duo *Palatini*, in quibus est *Vetus Codex*.

IV. Mss. *Bothii* tres:

1) *Monacensis*
2) *Guelferbytanus*
3) *Helmstadiensis*,

de quibus v ejus praefatio ad ed. Plauti minorem.

V. Ms. *Des. Heraldi*. v. Taubm. ad Aulul. 2, 8, 23 et passim.

VI. Mss. *Langii* tres, e quibus excerpta varietas lectt. extat tom. 7. facis criticae Gruteri.

VII. Mss. *J. Fr. Gronovii*, *Vossiani* tres, *Gudianus* et *Junianus*, de quibus v. praefatio eius ad ed. Plauti p. XVI. ed. *Ernesti*

VIII. Mss. *Dionys. Lambini* duo.

IX. Ms. *Viennensis Fr. Taubmanni* apud Barthium adv. 31, 6.

X. Mss. alii *Fr. Taubmanni* in commentariis ipsius ad hanc fabulam.

XI. Ms. *Frisingensis*. V. Pareus ad calcem analectorum Plautin. s. v. Manuscriptus.

XII. Ms. *Gulielmi*. V. Parei analecta ad Aulul. 1, 1, 28.

XIII. Ms. *Sambuci*. V. Taubm. ad Aulul. 2, 1, 25

XIV. Mss. *P. Pii*, veteris editoris Plauti fabularum, cuius extant adnotationes ad hanc fabulam in Gruteri fac. crit. t. 1. p. 578. sqq. v. Taubm. ad Aulul. 4, 7, 12.

XV. Codex *Regius* Bentleii ad Terent. Heaut. 1, 1, 2.

XVI. Cod. *Eichstadtiensis* memoratus a Taubmanno ad Trinum. 3, 2, 53.

ADNOTATIONES

AD

M. ACCI PLAUTI

AULULARIAM.

ARGUMENTUM.

V. 7. *deposcit*] Ms. Vienn. ap. Barth. adv. 31, 6. *depescit.*

V. 11. *ipse*] non est in illo Ms.

V. 15. *collocat*] id. lib. *colligat.* Idem ubique: *Heuclio*

ARGUMENTUM PRISCIANI.

V. 1. *auri*] Guelf. *avari.* Unde Bothe edidit:

Aulam repertam avarus plenam auri Euclio.

V. 5. *lubensque ut faciat*] Mss. Lang. *lubensque facit.* Mox *foras* pro *foris* Guelf. et Langg.

V. 7. *Reque*] *que* non est in Langg., neque in cod. Vienn.

V. 8. *surpit*] Cod. Vienn. *surripit.*

PROLOGUS.

V. 1. *qui sim*] Cod. Vienn. *qui sum.*

V. 2. *Ego sum lar familiaris*] Ita h. l. citat Priscian. 6. p. 692. *Putsch.* et rursus p. 1455.

V. 3. *aspexistis*] id lib. *adspexisti.*

V. 4. *est*] Gulielm. Aulul. c. 7. cum hac constructione verbi: *sum* confert Pers. 1, 3, 57.

Siquidem hic leno nondum sex menses Megaribus
Huc est, cum commigravit.

cdor] Acidalius. — Vulg. *colo.* Itidemque Mss. habent, et in his Langg. *cum colo et possideo.* Nonius p. 625 extr. *Plautus Aulularia*: Hac demum iam multos annos est, ut possideo et colo. Unde sumsi *ut*, pro vulgato *cum poss. Ut* cum significatu verborum: *ex quo* frequens apud Plautum, et alios.

V. 5. *jam*] Langg. omittunt. Nonius p. 664, 57. citat: Patri avove huius, qui nunc hic habet.

V. 9. *quando*] Sic editi ante Camerar. et Pall. Gruteri 5 et Codd. omnes Taubm. At Langg. *is quom.* Ms. Camerar. *qm*, cum lineola super *m* jacente. *Quoniam* agnoscunt Popma et Donatus ad Ter. Ad. prolog. v. Turneb. adv. 6, 24. et Taubm. ad h. l. *Quoniam* edidit Gronov.

V. 11. *inopemque*] *que* non erat in Cod. Vienn.

V. 12. *eum thesaurum — commonstrare*] Cod. Vienn. *quam id thesaurum — commonstrare.* Idem liber ad v. 7. hanc glossam habet: *Nota thesaurum neutro genere dici.* Atque id verum esse, probat v. 7. et v. 10 huius prologi, et act. 2, 2, 89. Quanquam ibi sunt, qui *id* non referant ad *thesaurum*, sed explicent per: *propter id.* v. interpp. ad Petron. Satyr. 46, 8.

V. 14. *Qui cum labore*] Ita Langg. — Vulgo: *quo.*

V. 15. 16. *Ubi — observare*] haec citat Nonius p. 683, 3. *Gothofr.*

V. 16. *ecqui*] Sic correxit Gulielm. Aulul. c. 1. Vulgo: *ecquid.* Pall. Gruteri 2 et 3 *ecqui.* Ms. Camer. *et qui.* Langg. *observare qui maiorem.* Nonius p. 666, 13. citat: Et quidem maiorem filium mihi honorem habere, quam eius habuisset pater.

V. 18. *at ille vero — 19. — honoribus*] Nonius p. 556, 53. citat: Atque ille vero minus, minusque impendio curare, minusque impertire honoribus.

V. 19. *impartire*] Sic Langg. — Vulgo: *impertire.* v. laudatos a Bothio.

V. 20. *diem*] Vet. Cod. et Pall. 2 et 4 *die*. Ibidem Langg. habent: *nam idem*.

V. 21. *filium*] Cod. Vienn. *filius*. Citat h. l. Nonius p. 696, 38. ita: Is ex se hunc reliquit, qui hic habitat, filium pariter moratum, ut pater atque avus eius fuit.

V. 24. *aliqui*] Idem liber: *aliquid*. Vulgata est etiam in Langg.

V. 27. *Quo eam*] Both. e Vet. Cod. et Pal. 4. dedit: *quo illam*. Pall. 1 et 2. *Quo ille eam*.

V. 30. *autem*] Cod. Vienn. *compressum autumat*. Langg. item: *autumat*.

V. 31. *Eam*] non habet Cod. Vienn.

V. 39. *ne*] i. e. surreptumne. Capt. 1, 2, 24.

Ego ibo ad fratrem ad alios captivos meos:
Visam, ne nocte hac quidpiam turbaverint.

ACTUS I. SCENA I.

V. 40. *Exi, inquam — est tibi*] Vulgo, velut apud Gronovium legitur:

Exi, inquam, age exi: excundum hercle tibi hinc est foras.

Ego cum Bothio totum versum, qualis in Langg. erat, edidi.

V. 41. *emissitiis*] Idem vocabulum apud Tertullian. d. pall. c. 3. Monuit Acidalius addendis ad divinat. Plautin. p. 561. sq. Mss. Langg. *circumspectatrix misiciis*.

V. 42. *verberas*] Nonius p. 508., 31. *Verberare non solum a verberibus dictum, sed et a verbis. Plautus Aulularia*: Nam cur me miseram verberas? — Nugae.

V. 43. *malam aetatem*] i. e. senectutem. v. Taubmann. ad h. l. et Parei lex. crit. s. v. *Aetas*.

V. 44. *Nam qua*] i. e. quanam. *Nunc* eodem vers. non agnoscunt Langg., neque aliquot Pall. At vett. edd. quaedam *me* omittunt, *nunc* servant.

V. 45. *Seges*] Nonius p. 707, 54. *Plautus Aulularia*: Tibi ego rationem reddam stimulorum seges? *i. e. in qua stimuli eripi possunt*. Etenim in qua velut segete se stimuli caedenda et verberanda, ut in segete se messores exercent. Turneb. adv. 24, 23

V. 46. *Illuc — illuc: sis vide, ut*] Distinctionem emendavit Gulielm. Aulul. c. 1. Vulgo enim distinguebant ita: *ab ostio: illuc sis* etc. *)

V. 47. *quomodo tibi res*] Langg. *modo res*.

V. 48. *hodie*] non agnoscunt iidem libr.

V. 49. *grandibo*] Langg. *gradibo*. Citat h. l. Nonius p. 548, 50, ubi est: testudinem.

V. 50. *adaxint*] Vett. *adassint*. Citat. h. v. Nonius p. 525, 50. *Gothofr.*

V. 53. *hercle*] non habet Nonius p. 683, 8. ubi h. l. citat.

V. 55. *Abscede — ohe, nunc*] sequor Acidalium. Alii ita distinguunt:

Abscede etiam nunc, etiam nunc, etiam ohe nunc
Istic adesto.

Ohe non habent Langg. Totus locus ita ad calcem analectorum Plautin. Parei enotatus extat: *Etiamnunc; etiam; ohe! isthic adstato. Si hercle tu ex isthoc loco*] Langg: *Etiam nunc istic at asta, istoc loco*. Mss. Pall. Gruteri: *adstato*, pro *adesto*. Guelferb. *istuc adesto*. Etiam Monac. et Pall. *adesto*. Vet. Cod. *at asto*.

V. 57. *transvorsum*] Varietas e Langg. haec enotata: *transversum aut ungem latum excesseris, aut si respexis*] Langg. *transvorsum, excedes*. Alii, *latum. Aut si*.

V. 59. *discipulam*] v. Taubm. ad h. l. Turneb. adv. 24, 31. ita explicat: suspendam te, faciamque ut crux discipulam te scribere doceat, et longam unam literam facere. V. infr. vers. 76. sqq.

V. 66. *Quod me sollicitat — modis*] Post h. v.

*) rectius fortasse, nam sis nunquam, opinor, initio ponitur. Illud vide & similia habent Ter. Eun. IV, 4, 3. Adelph. II, 2, 20. Haeautont. II, 3, 74. Plaut. Truc. II, 7, 41. da seh' ein Mensch!

Gulielm. Aulul. c. 1. inserit locum a Nonio ex Aulularia citatum p. 539, 24. *Gothofr.* Sed v. infra ad v. 232.

Sitne ita] Vulgo: *estne ita.* Itidemque Mss. Cam. et Langg. et edd. vett. Sed alterum poscitur a metro.*)

ACTUS I. SCENA II.

V. 67. *Nenum mecastor*] Gulielmus e membranis: *Non enim ecastor.* Ms. Cam. teste Siopp. susp. lectt. p. 279. *Noenum mecastor.* Ipse legit *nenum* i. e. non, ut ego edidi. Nonius p. 565, 35. *Nenum, pro non.* Lucil. libr. XXX. *Sed tamen hoc dicas, quid est nenu molestum est. Varr. Epistola ad Fusium: Si hodie venis cras quidem si veneris meridiem die natalis fortunae.* Edd. vett. *nec nunc.* Langg. *non enim ecastor.* Itidemque Pall. partim; partim: *nec numen ecastor.* Vet. Cod. *Noe num me castor.* Supra scriptum: *pro non.* Guelferbyt. et a manu prima etiam Helmst. *ne nunc mecastor.* Bothius veterem Codicem Cam. ait habuisse: *noe nunc.* Male. Idem non recte enotavit h. l. lectionem codd. Langii.

V. 69. *me miseram*] inverso verborum ordine codd. Langg.

V. 75. *partitudo*] Citat h. l. Nonius p. 606, 45.

V. 77. *ut unam*] Palmer. spicileg. p. 671. h. l. ita constituit:

neque quicquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam, aut literam
Longam.

Uvam, ait, pensilem ex se facere, est: laqueum sibi nectere. Velut Poenulo: 1, 2, 108.

Quid tibi opust vixisse? ausculta mihi modo, ac suspende te.
Mi. Si quidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis.

Ubi item *una* et *uva* confunduntur; nam *una* ibi vulgo legitur. Vulgatam explicat Dousa centur. Plaut.

*) Lingius in diss. de hiatu in versibus Plautinis jubet legi: Nunc ibo visam, estne ita aurum ut condidi. — Illud sitne Pyladis est comentum.

*) leg. Queo cominisci, ita me miseram ad hunc modum.

p. 372. Variorum de h. l. opiniones composuit Famianus Strada, cuius dissertationem analectis suis inseruit Pareus p. 177. sq. Litera illa longa videtur I esse conf. Taubm. ad h. l. Mss. Cam. et Pall. omnes: *faciam literam: longam laqueo collum quando.* Langg. *litteram longam laqueo.* Alii: *longum laqueo.* Teste Pareo Mss. Pall. et Vet. Cod. *ex me ut unam faciam litteram.* Fateor mihi non displicere conjecturam Palmerii, cum quia aliqua loco ex Poenulo adscripto firmatur, tum facete et more Plauti ad nomen Staphylae i. e. Uvae alluditur, quod jam Aleander animadvertit apud Stradam l. l. p. 178.

ACTUS I. SCENA III.

V. 79. *demum*] Monac. *domum.* Citat Non. p. 740, 4.

V. 80. *perspexi*] Cod. Vienn. ap. Barth. adv. 28, 8. *conspexi.*

V. 81. *quippe nil*] Vulgo: *quippini*, vocabulum h. l. alienum. Bothe recte alterum edidit e codd. suis et vett. edd. Etiam Cod. Vienn. *quippe nihil.*

V. 83. *aliud*] non habet Nonius p. 756, 26.

V. 84. *araneis*] Cod. Vienn. *aragneis* bis in hac Sc. — Langg. *ita inanis sunt oppletae.* Nonius p. 553, 38. *Plautus Aulularia:* Ita inaniis sunt oppletae, atque araneis.

V. 85. *tua me causa*] Cod. Vienn. ut plerique edd. omnes post *tua* inserit *nunc.* Itidemque legitur in Pall. 7, teste Pareo. At *nunc* non habet Helmst.

V. 86. *Darium*] Langg. *Dareum.*

V. 90. *in aedis*] Cod. Vienn. *mihi aedis.*

V. 91. St. *Quid, si quispiam* — Eucl. *extingui volo*] ita vett. et Mss. Lang. — Cod. Vienn. *Quod quispiam ignem quaerat, extingui volo.* Vet. Cod. Cam. itidem h. v. scriptum habet, ut Vienn. Ceteri libri: *Quid si* vel: *quod si.* Guelf. *quisquam.* Gronovius edidit:

Quod quispiam ignem quaerat, extingui volo.

V. 92. *quod te*] Vet. Cod. Meurs. *quo te*. Vulgatam adscripsit Bentlei. ad Ter. Hec. 3, 5, 2.

V. 93. *ignis vivet*] Lips. epist. quaestt. 3, 17. contulit Aristoph. Lysistr. 306. *Br.*

tu extinguere extempulo] ita Codd. Taubm. At *tu extingue extemplo* Mss. Lang. et ed. Carpentar.

V. 94. *tum aquam*] Langg. *tu aquam*.

V. 95. *Cultrum*] Langg. *Stap. Cultrum*. Citat h. v. Nonius p. 791, 16.

V. 96. *rogant*] Langg. *rogitant. Eucl.*

V. 97. *Fures*] Cod. Vienn. *furem*.

V. 98. *in aedis meas*] Idem lib. *in aedibus meis*. Frequens in omnibus libris scriptis permutatio. Veluti Amphitr. 4, 3, 14.

Certumst, introrumpam in aedibus, ubi quemquem hominem aspexero.

Sic ferunt vet. ed. Meurs. Pall. 6. et Mss. Camer. Langg. et Vienn. *Aedes meas* habet ed. Basil. anni 1568. — Amph. 4, 3. extr.

Quin sic faciam, uti constitui: pergam in aedibus nunc iam.

Ita hoc quoque loco Cod. Vienn. Acidaliùs correxit: *aedes*. Aulul. 3, 6, 17. ed. *Gronov.* vulgo legitur:

qui intromisisti in aedibus quingentos coquos.

v. Davis. ad Cicer. tusc. quaestt. 1, 17 et 5, 4.

V. 102. *prope est*] Cod. Vienn. *probe est*. Langg. *nunquam adit, quamquam propet*. Unus Ms. Cam. *quamquam prope est*. Pall. 6. non habent *est*. Pal. 1. *quaquam*. Gronov. conjecit: *Nam ad aedis nostras nunquam adiit quaquam prope*. Bothe edidit:

Nam ad aedis nostras nunquam adit quaquam prope.

V. 104. *ambobus pessulis*] v. Taubm. ad h. l.

V. 106. *sed quid agam scio*] Barth adv. 28, 8. legit: *st! quid agam scio*. Non male. Nam in libris plerumque scriptum: *set*, pro *sed*. Alii ediderunt:

si quid agam scio. Non temerarium aut de nihilo esse, senex ait, quod in publicum subinde prodiens conspiciatur a legitimo tribus suae divisore una cum reliquis curialibus numulum petiturus; quo ab se omnes videlicet suspiciones de thesauro reperto segreget quam longissime. Dous. centur. Plautin. p. 65.

V. 107. *magister*] Asconiùs ad Cicer I. act. Verr. c. 8. *Utrum legitimos habent omnes tribus divisores suos, quos Plautus magistros curiarum in Aulularia vocat his verbis*:

Nam noster nostrae qui est magister curiae
Dividere argenti nummos dixit in viros.

An Divisores *criminis nomen est? Sed si hoc esset, non sibi unum ex iis carum esse dixisset.* Ubi v. Schütz. t. 5. p. 1. p. 281. et ind. latinitat. s. v. *Divisores*.

V. 108. *numos dixit*] Alii inverso ordine: *dixit numos* vel *nummos*.

V. 110. *Me suspicentur*] Cod. Vienn. *Ne susp.*

V. 112. *pauxillum*] Sequor Acidalium, qui *numum* accipit pro genitivo. Gronovius comma posuit post *facere*.

V. 116. *copulantur*] Citat h. l. Nonius bis p. 752, 34. et 754, 21.

V. 118. *postidea*] Cod. Vienn. Ms. Cam. et plerique Pall. Gruteri, et Langg. et vett. edd. *post idem*. Langg. tamen paulo immutant partim: *post item*. v. Sciopp. susp. lectt. p. 45.

V. 119. *recipiam*] Cod. Vienn. *recipio*.

ACTUS II. SCENA I.

V. 120. *Velim* — 151. *loqueris*] H. l. tractavit Herm. doctr. metr. p. 307. sqq., cuius dispositionem versuum adscivi in istam editionem Aululariae.

V. 121. *rei hoc*] Libri scripti, *haec, hac, hoc*, teste Bothio. — Langg. *rei caussa*. Reizius eodem modo h. v. legit, quo Herm., sed omisso *hoc*, quod

omittunt Mss. Lips. et Pal. 5. Ed. Carpent. et aliae quaedam vett. *meae fidei tuaeque rei quicquid hoc est.* Vulgo, *meae fidei tuaeque rei hoc.*

V. 123. *Quamquam* — 124. —, *habemur*] v. Herm. l. l. p. 294.

V. 124. *multum loquaces*] Mss. quidam: *multiloquaces.* v. Taubm.

V. 126. *dicunt*] post h. v. libri *mulierem* addunt. Mox vulgo, *item esse te.*

V. 129. *Ut aequomst*] Alii: *ita aequum.* At libri, teste Pareo, alterum.

V. 131. *Neque occultum id haberi tibi*] Mon. et Guelf. *neque id occultum.* Vocem *tibi* Herm. de suo addidit.

V. 132. *et tu me ut facias*] *Ut* abundat. In argum. 2 Milit. glor. v. 7. vulgo legitur:

et forat
Geminis communem clam parietem in aedibus,
Licere ut quiret convenire amantibus.

Antiqua lectio est nunc, *liceret ubi quiret*, nunc *liceret utique.* Legendum: *liceret ut qui.* Capt. 3, 4, 21.

Et eum morbum mihi esse, ut qui me opus sit insputarier.

Ubi tamen Bosscha delevit *ut*, tanquam interpretamentum voculae *qui.* Asinar. 3, 1, 2.

An ita tu es animata, ut qui expers matris imperi sies?

Bacch. 2, 3, 49

Adeon' me fuisse fungum, ut qui illi crederem!

V. Acidal. ad Mil. divin. Plaut. p. 273. sq.

V. 133. *foras te huc*] Vulgo, *te huc foras.*

V. 135. *Hem*] addidit Herm.

V. 136. *decet equidem vera proloqui*] Vulgo *decet te equidem.* Itidemque omnes fere Mss. et edd., nisi quod duo ex Pall. et Lips. omittunt *te.* — Guelf. Helm. aliqui Langg. et Pal. 3. et ipsi habent: *decet quidem vera proloqui.*

V. 137. *Nam nulla potis*] Libri: *nam optuma nulla.* Ibidem Langg. *est frater.*

V. 138. *nec me tibi advorsarier*] Verba: *nec tibi* non sunt in Guelf. — Vulgo: *nec tibi adversari.* Ms. Lips. *nec tibi adversarier.* Langg. *advorsari.*

V. 139. *umquam*] Guelf. *nunquam.* Langg. *nuquam.* Ibidem post *soror* in Pall. et Bothii omnibus leguntur verba: *quid vis?* Eadem in omnibus vett. extant, sed a Cod. Cam. et Langg. absunt.

V. 141. *utere atque impera sis*] Etiam Ms. Lips. *impera sis.* Guelf. et Monac. *utere, eloquere atque.* Ibidem pro *tuast: utere* Langg. habent alii: *tuastum tere*, alii: *tuast ne.* Etiam Bothiani: *impera sis*, nisi quod Monac. *impetrassis.*

V. 143. *Ted id admonitum*] libri fere omnes, teste Bothio: *monitum.* Vulgo, *te id admonitum.* Ms. Lips. *te monitum.*

V. 144. *Factum volo*] Pall. Langg. Edd. vett. *facta.* Ms. Cam. *facto.* Vulgo, *more tuo facis. facta volo.*

V. 146. *salutare*] omittit Ms. Lips. — Ibidem Guelf. et Helmst. inverso ordine: *liberis procreandis.* Vulgo, *procreandis liberis.*

V. 148. *domum ducere*] v. Taubm. — Horum versuum 135, 136, 137. tetrametri jambici sunt, quos tamen etiam in dimetros dividi licet, qualis est 139, quem praecedit trimeter. V. 142, 143, 148. cretici sunt; 147, 150, 151. anapaestici. Epiphonema his additum v. 149. nisi quid aliud latet. Herm.

V. 152. *Heia* — 159. — *poscam*] H. l. tractavit Herm. doctr. metr. p. 454. sq., quem hic quoque secutus sum in numeris describendis. Versus sunt jonici a maiore. De primo horum versuum se contendere negat Herm., si quis eum anapaesticum esse censeat, quo metro qui praecedunt scripti sunt.

si lubeat] Vulgo, *iubeat.* Correxit Sciopp. susp. lect. p. 182. ex Langg., qui habent: *silubeat.* Ms. Cam. *jubeat.*

V. 154. *His legibus sed si*] Vulgo, *sed his legibus, si quam dare vis, ducam.* In Ms. Lips. duobusque codd. apud Bothium et plurimis vett. edd. totus versus deest. Qui etsi potest abesse, tamen qui Plauti morem cognitum habent, minime deletum volent, praesertim quum omissionem ortam esse appareat a verbo *ducam*, quo duo versus finiuntur. Ac, nisi fallor, simili aberratione factum est, ut nomen *soror*, quod hoc in versu reposui, in fine sequentis versus post *feratur* vulgo additum sit. Herm. Idem vers. non legitur in Guelf. et Helmst. et vett. plerisque Bothii.

quam dare vis] Ita vulgo. Quaedam edd. ab interpolatore, *quom tu dare vis.*

V. 157. *Quam maxuma — dote*] ita Vet. Cod. Cam. At Pall. et edd. vett. *quam maximam — dotem.* Langg. *maxima.* Pareus e Mss. cnotavit *quom maxima*, unde effinxit: *cum maxima.*

V. 159. *tibi me poscere*] Langg. *tibi posceres.*

V. 160. *Numnam*] Vulgo, *num non.* Mon. a correctore: *non nam.*

V. 161. *qui media*] Vulgo, *qui mediam.* Alterum habent Langg. Helmst. Ms. Cam. Ita jam Gronov. legendum esse vidit, quamquam ejus ed. habet: *mediam.*

V. 162. *fortuitu*] Mss. Cam. et Langg. Vulgo, *fortuito.* Langg. *praegnantem fecerit anum fortuitu.* Restitui formam Plautinam: *praegnatem.*

V. 163. *Postumus*] Festus p. 148, 4. *Postumus cognominatur post patris mortem natus. Plautus in Aulularia:* Post mediam aetatem qui mediam ducit uxorem domum, si eam senex anum praegnantem fortuito fecerit; quid dubitas, quin sit paratum his nomen pueris *Postumi?* Eadem leguntur p. 372, 57. *Gothofr.* Festi Ms. quidam non habet alterum: *mediam.* Langg. *posthumus?*

V. 164. *demam*] Mss. Cam. et Lamb. omnes. Sed edd. primae, Pal. 3. a manu prima, Pal. 1 et 4 a manu secunda, et Mon. *degam* i. e. deigam. Nonius p. 642, 19. *Plautus Aulularia*, Nunc ego istum, soror, laborem degam et diminuam tibi.

V. 165. *nostrum*] Vulgo, *nostrorum.* v. ad Trin. 655. Adde Merc. 5, 1, 5. 6. Men. 1, 2, 25.

V. 166. *dapsilis*] Pal. unus *dapsilas* quod recepit Bothe. Nonius p. 657, 34. *Plautus Aulularia*, Istas magnas factiones, dotes dapsiles. Aliae edd. Nonii: *dapsilas.*

V. 169. *quaeso*] Priscian. 13. p. 960 *Putsch. Plautus in Aulularia:* Dic mihi, si audes, quis ea est, quam vis ducere uxorem? lege: *in Aulularia.*

V. 170. *Nostin' hunc*] Langg. *novistin' hunc.*

V. 172. *desponderi*] Langg. *desponsari.*

V. 173. *quid dictura es*] Langg. *quod dictura es.* Vulgatam ferebat Ms. Cam. Sciopp. susp. lect. p. 198. praefert lectionem Langianorum.

V. 174 *numquid*] Vulgo, *nunc quid*, quod habent Mss. et edd. omnes. V. Sciopp. l. l. *Numquid* etiam Bothe edidit. *Vortant*, pro: *vertant* ibidem Langg.

ACTUS II. SCENA II.

V. 179. *magister*] v. Taubm. et confer ad v. 107.

V. 185. *a pecunia perbene*] Langg. *a pecunia bene.*

V. 186. *est animus*] *Est* non habent Langg.

V. 189. *conqueror*] Langg. *queror.*

V. 190. *Virginem — illocabilem*] Citat h. v. Nonius p. 508, 39. et p. 677, 28. et Varro de l. l. 4. p. 5, 51. qui habet *filiam*, pro *virginem.*

V. 192. *opust*] Langg. — Vulgo, *opus est.*

V. 196. *Zamiam*] Langg. ζημία.

V. 197. *qui sibi quidquid tetigerint, tenent*] ita ex ingenio et ex Mss. dedit Gruter. Edd. primae:

qui ibi quicquid; itidemque Pall., nisi quod vel *quin ibi* vel *quin ubi*. Vet. Cod. Camer. *qui jubi* aut *vibi quidquid tetigit*. Camerar. edidit: *qui ubi quidquid tetigit*. Vett. edd. *ubi, uibi, ibi*, pro *sibi*. Helmst. et Langg. *tetigerunt*.

V. 198. *Da mihi — volo*] Nonius p. 782, 37. *Plautus Aulularia:* Da mihi operam parum, si opera est, Euclio, id quod te volo. Aliter h. l. Nonii citat Gul. Aul. c. 7. *parumper*, pro *parum*

V. 200. *nunc*] non habent Langg.

V. 201. *domum*] Vet. Meurs. *domi*. Utrumque recte dicitur. Plerique Mss. *domum*. Edd. *domi*.

V. 202. *Quonam abis*] Ed. vett. *quo nunc abis*. Sed *nunc* non est in Mss. Sequor Acidalium.

V. 203. *ubi mentionem ego fecero*] Langg. *fecerim*. Qui poscit in matrimonium, mentionem facere dicitur; qui respondet, repromittere, sive promittere, ut paulo inferius: *promitte hoc fore*. Itaque stipulatus huius uxorii duae partes: mentio et repromissio. *Mentio* appellatio est, et ut Caecilii verbo paulo duriore utar, verbificatio. *Meminisse*, loqui interdum, et quod ab fonte defluxit, memorare. Gulielm. Aulul. c. 2.

V. 209. *quod te percontabor, ne id te pigeat proloqui*] Langg. *quod te percontabor proloqui*.

V. 212. *Quid fide*] v. Palmer. spicil. p. 831. Nonius p. 740, 9. Certe edepol equidem te civem sine mala omni malitia, *adeo ut improbum proposuerit malo, quod gravius putatur. In eadem:* Quid factis? neque malis, neque improbis. v. Rost. ferculo Pl. cup. ed. 1807. p. VI.

V. 213. *itidem ut*] Langg. *item et*.

V. 214. *equidem*] non habent iidem libri.

V. 215. *huic olet*] Langg. *hic olet*.

V. 218. *mihi uxorem posco*] iidem: *uxorem posco mihi*.

V. 219. *Heia*] Langg. *eia*.

V. 221. *ut faceres*] iidem, *uti faceres*.

V. 225. *Megadore in mentem*] iidem: *in Megadoro mentem*.

V. 226. *me item esse hominem*] omnes Mss., teste Bothio. Alii *esse* omittunt.

V. 227. *locassim*] i. e. collocassim v. Bentl. ad Ter. Phorm. 5, 1, 32.

V. 228 *et me esse asellum*] Langg. non habent *esse*.

V. 230. *quasi nunquam siem*] i. e. quam si. Id ipsum *quam si* repositum vult Sciopp. susp. lectt. p. 199. vel praefert lectionem Langianorum: *gnatus quam nunquam siem*, vocula *si* eleganter, ait, omissa. At vulgatam pro *quam si* positam tuetur Acidal. divin. Plaut. ad Trinum. p. 511. his exemplis: Curcul. 1, 1, 51.

Tam a me pudica est, quasi soror mea sit.

Casin. prolog. v. 46.

Quasi si esset ex se nata, non multo secus.

Et sic etiam legendum in Mil. 2, 6. init.

Satin' abiit ille, neque herile negotium
Plus curat, quasi non servitutem serviat?

si alia via quacumque priorem versum emendaveris. Alioqui lege cum Bothio:

Satin' ille abit, neque herile plus negotium
Curat, quam si non servitutem serviat?

V. 232. *Neutrubi*] Langg. *neu ut ruri*.

V. 233. *Ne noctu — dormiam*] H. v. e Nonii citatione p. 539, 24. cum Osanno anall. p. 195. h. l. reposui. Nonius: *Plautus Aulularia:* Nec noctu, nec diu quietus unquam eam, nunc dormiam. Ed. Merceri, vel Osannus e conjectura: *neu dormiam*.

V. 234. *mordicitus*] *Mordicus* omnes fere Mss., etiam Langg. et edd. omnes ante Aldum. Etiam Pall. *mordicus*, nisi quod Pall. 1. 2. et 6 habent *morsibus*. Versus exigit *mordicitus*. Nonius p. 563, 14. habet: *mordicibus*.

V. 235. *periclum*] Vulgo omittunt *me*. At vet.

cod. Meurs. *periclum me.* Omnes Mss. et vett. *periculum me ab asinis ad boves.* Langg. *me ab asinis.* Mox Voss. 1. *ausculta mihi proderis atque.*

V. 238. *At nihil — qui dem*] Mss. Pall. 6 *nihil est dotis qui dem.* v. Gulielm. Aulul c. 2. Alii Pall. *quidem.* Vet. Cod. Cam. *quod dem.* itidemque Aldus.—Vs. praecedentem 237 ita citat Nonius p. 620, 13. Optumus, tu conditionem hanc accipe.

ne duis] Langg. *ne duas ne.* At 7 Pall. et edd. alterum *ne* non habent, et fere *duas,* ut vett.

V. 239. *Dummodo*] Citat h v. Nonius p. 728, 12.

V. 240. *thesauros*] Cod. Ms. Lamb. et Pall. 8. et Langg.

V. 242. *Non ego*] Alii: *Num ego.* Cod. Cam. et Pal. 3. *Nun.* Langg. *Num ego disperii.*

V. 243. *confodere*] Bothe edidit:

Hic apud me hortum confodiri jussi. Sed ubi hic est homo?

Fodiri legitur apud Columellam adnotante Scaligero ad Fest. p. 104. *Dac.*

Sed ubi hic est] Pall. et edd. omnes. At Ms. Cam. *hinc est homo,* itidemque Langg. Vet. Cod. Cam. *e* cum lineola supra scripta i. e. *est.* Gruterus conjecit: *hinc est homo,* quod recepit Pareus, qui ait, *est* in Vet. Cod. esse a manu correctoris.

V. 244. *fastidit*] non habet *me* Nonius p. 763, 40. ubi citat h. l.

V. 247. *congrediri*] Ita dedit Acidalius. Vulgatam: *congredi* habent Mss. et edd. omnes.

male rem] Langg. *malam rem.*

V. 250. *ut*] omittunt iidem.

V. 254. *Quid nunc?*] ita distinxit Acidal. v. Taubm. ad h. l.

V. 256. *illud facito*] Locum scripsi, qualem ex edd. Florent. et Colon. distinxit Acidal., ante quem ita legebant:

Meg. Sponden' ergo? *Eucl.* Spondeo.
Istuc Di bene vortant. *Meg.* ita Di faxint. *Eucl.* illud facito, ut memineris.

Deinde Acidal. *tu illud facito.* Sed *tu* in nullo nec Ms. legitur, neque edito. — Pall. et Langg. *Ita Di faxint.* Eucl. *Illud* etc. Vet. Cod. a manu prima *scito,* pro *facito.* Ex Langg. ita enotatum legitur: *ita Di bene vortant*] Langg. *ita Di faxint.* Pareus *scito* a correctore in Vet. Cod. esse ait.

V. 257. *mea ad te adferret filia*] Langg. *mea adferat filia.*

V. 258. *quo vos soleatis pacto*] iidem: *quomodo soleatis.*

V. 259. *pactum*] Vet. Cod. Meurs. *pectum.*

V. 261. *numqua causa*] Acidal. e codd. Flor. et Col. Vulgo, *hodie quin faciamus? num quae causa est?* — *Quin faciamus* Mss. Pall. et Cam. At Langg. *hodie ut faciamus.*

pol] Vulgo, *edepol.* Correxit Osann. anall. p. 215. not.

optuma] Mss. Cam. et Pall. 5 et edd. vett. et Langg.

V. 262 *Ibo igitur — vale*] Ante Acidalium:

Ibo igitur, parabo, numquid me vis? *Eucl.* istuc fiet, vale.

Causa mutatae distinctionis est, quia non Euclio Megadorum, sed hic illum deserit, et magis abeunti convenit valedictio. Abit Megadorus; Euclio remanet in scena. Quaerit igitur ille solita abiturientium formula, numquid se velit? et respondet alter, nihil nisi istuc ipsum, ut nuptias paret. Futurum id ille rursum spondet, et valedicens abit. — Langg. *fiat.* Donatus ad Ter. Eun. 3, 2, 47. Faciam *vel* Fiet *diceret servus; liber vero* Fiat, *tanquam et ipse jubeat sibi.* Huius loci autem alia ratio est, exposita modo ab Acidalio.

V. 266. *Id*] intelligunt quidam pro *ideo* positum. Sed v. ad v. 12. Citat h. l. Nonius p. 766, 9. ubi est: inaudivisse.

ACTUS II. SCENA III.

V. 267. *deblaterasti*] Mss. Cam. et Langg. *deblattavisti*. Falso, ait Gruterus, Pareus prodidit, in Ms. Cam. scripturam ita esse antiquitate obscuratam, ut etiam esse possit: *deblattravisti*. Nonius p. 537, 57. *Deblaterare est obloqui, confingere. Lucill. libr.* 30. *Deblaterat, plenus bonus rusticus concinit una.* Idem p. 508, 5. citat h. l.

V. 268. *voco*] Gulielm. *volo*.

V. 269. *vascula intus pure propera atque elue*] Turneb. adv. 24, 23. *pure propera* est dictum ut *pure lautum* apud Festum. Sed hoc locus non explicatur. Meurs. in vet. cod. suo invenit scriptum: *pure praepara*. Ipse legit: *pure praepera*. Quo archaismo nihil lucri facimus. Acidalius: *pura properam*. Sed utraque vox incertae auctoritatis est, quanquam ipse *properam* quodam loco Truculenti scriptum dedi, inductus loco Festi p. 156, 32. *Properam, pro celeri ac strenua dixisse antiquos testimonio est Cato; cum ait in libro de re militari tertia e fastris* (lege *castris*) *eductio celeris prosperaque* (lege: *properaque*) *est*. Sed enim *properam* ibi est adj., non adv., quamquam non prorsus nego, adverbium esse posse, utpote ad analogiam adverbii *obviam, perperam* et aliorum formatum. Quod si ita est, lego sane: *pura properam*. Sed ne *purare* quidem certa auctoritate nititur, nisi quod in nescio quo fragmento Varronis et Caesaris reperiri aiunt. Nunc quidem hyperbaton h. l. extare arbitror, ut dictum sit *pure propera atque elue*, pro *propera atque elue*; quae ratio excusatur festinatione loquentis. Sive malis, lege: *puram propera;* nam ut festinare, etiam properare potest assumere accusativum rei, quae festinatur. Conf. Casin. 2, 8, 57.

Abi atque obsonia propera,

ut habent ibi Vet. Cod. Cam. et liber Lang. v. etiam Pareus lex. crit. s. v. *properare* et Taubm. ad Poe-

nul. 3, 1, 41. Ea ipsa est explicatio Palmerii spicil. p. 668. *pura propera*, ait, hoc est, propere fac pura. Sed malim ego quidem retinere vulgatam, quam et Mss. et edd. tuentur. Cod. Helmst. *para*. — *Pure eluere* recte dicitur. Festus p. 154, 18. et p. 387, 29. *Pure lautum, aqua pura lavatum.*

V. 270. *ego;*] ita distinxit Acidal. Vulgo,

Filiam despondi ego hodie, huic nuptum Mega loro dabo.

V. 271. *verum — nimis*] Langg. *verum castor subitum nimis.*

V. 272. *quom a foro*] ita omnes Mss.

V. 273. *quid ego*] *ego* non habent Langg.

V. 275. *partitudo*] Citat h. l. Nonius p. 606, 47.

V. 277. *veniat*] Guelf. *veniet*. Helmst. *venient*. Ibidem Langg. *celatum atque occultatum est.*

V. 278. *moerorem*] Alii: *moerore*. Alterum habent Pall. 6. et vett. edd. — Ibidem Ms. Cam. habet *nimixtum*. Gronovii illam emendationem: *moerore* recepit Bothe. Eod. vers. *sient* Langg. Nam alii: *sint*. Pareus ait, in Vet. Cod. Cam. esse: *minixtum*. Nihili est. Gruterus apud Sciopp. susp. lectt. p. 199. legit: *ne mustim bibam*, hoc est: ne bibam moerorem adhuc musteum nec satis defaecatum, ut alludat ad merum, quod exauditur in illo: *moerorem*. Pistoris apud eundem malebat: *ne amystim bibam*. Ipse Scioppius conjecit: *malum meracum metuo, ne mistum bibam*. i. e. metuo ne bibitura sim merum seu meracum malum, ut ita non bibam mistum vel dilutum, sed erit malum meracissimum, nullo plane bono dilutum vel temperatum. De bibendi verbo recte monuerunt Gulielmus et Lambinus, solere Plautum de malo et infortunio tamquam de potione aliqua loqui. Falsi hi omnes, si audias Acidalium divin. Plautin. p. 71. Malum, ait, imminebat et a filiae probro, et a tarditate ipsius, si vasa non eluisset, antequam rediret senex. Interim in voce *merum* est similitudo soni cum altera voce: *moerorem*. *Malum*

autem *moerorem* solemni epitheto dicit, ut Mostell. 2, 1, 5.

Ita mali moeroris montem maximum ad portum modo
Conspicatus sum.

Etiam in infortunio et re mala bibendi verbo solet uti Plautus, quasi de potione aliqua loqueretur. Cas. 5, 2, 52.

Ut senex hoc eodem poculo, quo ego bibi, biberet.

Rud. 3, 6, 46.

Siccine me spernis? *Ch.* Sic ago: semel bibo.

Ad quem locum haec adnotavit Gulielm. Rud. c. 4. De malo et infortunio ut de potione aliqua saepe loquitur, Casinaeque loco laudato et hoc Aululariae hac in re usus. Non lubet ergo Charmidi in Rudente iterum cum lenone bibere, neque ad eum deverti in hospitium, qui tam acidis poculis nuper in navi acceptus esset. Ea causa hospitii jus ei renunciat, ne ea malae rei potio iterum sibi bibenda sit.

ACTUS II. SCENA IV.

STROBILUS, ANTHRAX, CONGRIO.

His personis Ms. Cam. addit: PHRUSIUM: EXFLESIUM, *tibicinae* II.

V. 281. *bifariam*] Post h. v. alium abesse putat Acidalius, in quo esset verbum *dividere*, propter sequentia. Sed eius verbi sensus latet in verbo *dispartire*. Langg. *dispertirem*.

V. 282. *Me tu quidem — non divides*] Langg. non habent *tu*, sed *me quidem*. H. v. Anthracis esse, (vulgo enim Congrioni assignant) liquet ex Strobili excusatione, quae continetur v. 286. Lips. epist. quaestt. 5, 14. ita scribit h. l.

Me tu quidem hercled hic tam palam non divides,
Si quoi totum me reii vis, operam dabo.

Versum autem 285 ita:

Post si quis vellet te hau! non velles dividi?

Acidalius:

Post, si quis vellet te, haud nunc velles dividi.

Ms. Cam. Pall. et edd. ante Cam. *me quidem hercle, dicam palam, non divides.* V. 284. pro *vero* Langg. ferunt *verum*. Ego *non velles* mutavi in *ne velles*. Nam saepe a librariis haec archaica forma depravata est. V. ad Trinum. v. 1158. Bothe ita h. l. edidit:

Str. Postquam obsonavit herus et conduxit cocos
Tibicinasque hasce apud forum: edixit mihi,
Ut dispartirem obsonium hinc bifariam.
Anthr. Me quidem hercle (dicam propalam) non divides:
Si quo tu totum me ire vis: operam dabo.
Congr. Bellum et pudicum vero prostibulum popli!
Post, si quis vellet, te haud non velles dividi.
Str. Atqui ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,
Non istuc, quo tu insimulas.

Gronovius:

Postquam obsonavit herus, et conduxit coquos,
Tibicinasque hasce, apud forum, edixit mihi,
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.
Congr. Me quidem hercle, dicam palam, non divides.
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo.
Anthr. Bellum et pudicum vero prostibulum popli.
Post si quis vellet te, haud non velles dividi?
Congr. Atqui ego istuc, Anthrax, aliovorsum dixeram,
Non istuc quod tu insimulas.

Camerarius:

Str. Postquam obsonavit herus et conduxit coquos,
Tibicinasque hasce apud forum, edixit mihi,
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.
Coc. Me tu quidem hercle, dicam palam, non divides.
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo.
Str. Bellum et pudicum vero prostibulum popli.
Post si quis vellet te, haud non velles dividi.
Atqui ego istuc Anthrax aliovorsum dixeram,
Non istuc quod tu insimulas.

Aldus:

Postquam obsonavit herus, et conduxit coquos,
Tibicinasque hasce, apud forum edixit mihi,
Ut dispartirem obsonium hic bifariam.

Co. Me quidem hercle, dicam palam, non divides.
Si quo tu totum me ire vis, operam dabo.
An. Bellum, et pudicum vero prostibulum populi.
Post si quis vellet te, haud non velles dividi?
Co. Atqui ego istuc Anthrax aliovorsum dixeram,
Non istuc, quod tu insimulas. *Str.* Sed herus nuptias etc.

V. 286. *Atqui*] Huic versui in Monac. persona Strobili praefixa est manu veteris correctoris.

V. 287. *quo tu insimulas*] Vulgo, *quod tu insimulas*. — *Quo* etiam Bothe.

V. 288. *ducit*] Langg. *ducet*. Quod praetuli.

V. 290. *dimidium*] A. Gell. N. A. 3, 14. *Dimidium vero est non quod ipsum dimidiatum est, sed quae ex dimidiato pars altera est. Quum igitur partem libri dimidiam legisse volumus dicere, aut partem dimidiam fabulae audisse: Si dimidiam fabulam, aut dimidium librum dicimus, peccamus; totum enim ipsum quod dimidiatum atque divisum est, dimidium dicis. — Per quod satis apparet ne horam quidem dimidiam recte dici, sed vel dimidiatam horam, vel dimidiam partem horae. Propterea Plautus in Bacchidibus* dimidium auri *dicit, non* dimidiatum aurum. *Item in Aulularia* dimidium obsonii, *non* dimidiatum obsonium *in hoc versu:*

Ei adeo obsonii hinc jussit dimidium dari

In Menaechmis [1, 2, 45.] *autem* dimidiatum diem, *non* dimidium, *in hoc versu*:

Dies quidem jam ad umbilicum dimidiatus mortuust.

V. 292. *ducis*] Libri: *dicis*, velut Pall. et Langg. et edd. ante Cam. At Pall. tamen 6 *ducis*, itidemque ed. Merulae prima. Mss. Lamb. omnes: *ducis* quoque habebant. *Ducis* est, pompam ducis. Nam pompa de coquis et culinariis instrumentis etiam alibi. Cas. 3, 5. extr.

Redit eccum tandem obsonatu eius adjutor pompam ducit.

Truculento 2, 6, extr.

Quis homo est, qui inducit pompam tantam?

De obsonatu iterum Bacch. 1, 2, 6.

Quo nunc capessis tete hinc advorsa via
Cum tanta pompa?

Ubi *ornatum* quoque in eandem rem bis habet, quam vocem cum pompa jungit initio Curculionis

Quo ted hoc noctis dicam proficisci foras
Cum istoc ornatu cumque hac pompa, Phaedrome?

Sed pro *domum* Acidal. citat *domi*, quod est in multis et edd. et scriptis libris. Quod tamen non eo excusari potest, quod Donatus ad Terentium de Trinum. v. 843. adnotavit, ubi vide. Eo enim loco *domi* habet, unde pendeat. Dicitur autem ibi: *cupio domi* i. e. cupidus sum domi. Verum enimvero, pergit Acidalius, quid obsecro quaerat coquus, an Euclioni dimidium, dimidium domum feratur, cum hoc ipsum verbis apertissimis modo Strobilus explicarit? Arbitrabar igitur, a coquo ad superiorem jocum respici, quo divisionem et dispartitionem Strobili aliter, quam ille voluerat, in obscurum sensum idem torserat: uti nunc post aliquantam velitationem, cum dictum suum explicuit alter, hic interpretamentum acceptans, de hoc nempe, inquiat, dimidio dividendo et distribuendo loquebaris modo. In eam rem versum ita rescribebam:

Nempe hoc dimidium dixti dividi modo.

Juvant partim libri, ait, qui *dicis* habent corruptum e *dicsti*, quod idem est ac *dixti*, et pro eodem nonnunquam in vett. reperitur. Quod si quem locutio offendet, *dimidium* dividere, sciat ea ipsa Plautum inferius usum:

I refer, dimidiam tecum potius partem dividam.

Etsi retineri sane vox *dimidium* utrobique potest. Nam de mutatione verborum *domi et modo*, quae tam ubique frequens, verbum non opus est fieri.

In universum autem qui lectioni vulgatae patrocinabitur, id remittet nobis tamen, ut *domum* saltem pro *domi* scribamus, donec et in hoc motum ad locum esse certioribus exemplis ostendatur. — Bothe edidit:

Nempe huc dimidium dicis, dimidium domum?

Langg. *domui*. Vera est sane Acidalii disputatio; sed nihil aliud coquus dicit verbis, qualia vulgo leguntur, et a me edita sunt.

V. 293. *Nempe*] omisit Camer. Sed habent omnes Mss. et edd. ante Camerar.

V. 294. *Senex — nuptiis*] Acidalius:

Senex suae obsonari filiae in nuptiis.

Sed *suae* in nullo est neque scripto neque edito libro.

V. 297. *ita esse*] Acidalius: *Ain tandem? ita est ut dicis?* quomodo rectius scribi, ait, fatebuntur, qui tritas habent aures Comicorum phrasi. — Malui h. l. ad eandem normam legere, qua similem infra v. 540, qui sane cum Acidalii ratione concinit. Sunt tamen ibi quoque, qui legant: *Ain' tandem audisse?* Quod in lemmate posui, vulgo legitur, itidemque habent Pall. 6. et edd. omnes. Pareus edidit:

Ain tandem? *Str.* Ita est, ut dicis. tute existima.

Strobili enim persona praefigitur eo loco in Vet. Cod. Camer. At etiam coci persona, Gruterus Pareo respondet, praefigitur illis: *tute existima*. Paulo ante in Langg. legitur: *hic senex*, omisso *est*.

V. 298. *Quin — fidem*] H. v. ante Gulielm. Aulul. c. 3. legebatur post proxime sequentem.

V. 300. *tigillo*] Mss. Cam. et Pall. 6. Langg. et edd. omnes. Quod restituit primus Gronov., ante quem legebatur: *ligello* e Nonii p. 559, 60., quod Turneb. adv. 6, 24. praetulit.

V. 301. *follem*] Vulgo, *follem sibi obstringit*. At *sibi* non habent Guelf. Monac. edd. vett. et mediae. Loquitur poeta de folliculo scorteo, sarto consutoque probe, numorum receptaculo. v. Dous. cent. Plaut. p. 67. sq.

V. 303. *obturat*] Nonius p. 601, 21. citat: obturas et paulo ante v. 302. ita p. 616, 35. neque quid immittat animae dormiens. Citat etiam Priscian. 5. p. 649. *Putsch.*

V. 304. *Ne quid — dormiens*] H. v. Bothe uncis inclusit ut spurium. Non extat in Guelf. — Mss. reliqui et vett. eum habent. Recentiores edd. praefigunt *tum*. Langg. quoque h. v. agnoscunt, sed sine *tum*.

V. 305. *aequum est credere*] Gronovius:

Str. Haec mihi te, ut tibi me aequom est credere.
Congr. Imo equidem credo. *Str.* at scin' etiam, quomodo?

Langg. *haec mihi te, ut tibi aequom*. Acidalius ita citat:

Str. Hoc te mihi, sicut tibi me aequum est credere.
Coc. Imo equidem credo. *Str.* at scin' etiam, quomodo?

Bothe:

Str. Haec mihi ted, ut tibi med, aequom est credere.
Anthr. Imo equidem credo. *Str.* At scin' etiam, quomodo?

Camerarii editionem jam ex Acidalii enotatione adscripsi. Aldus:

St. Haec mihi te, ut tibi me aequomst credere, credo.
An. Immo equidem credo. *St.* at scin' etiam, quo modo?

Ed. Colon., qua usus est Acidalius eadem, quae Aldus; nisi quod alteri versui personam Coqui praefigit, non Anthracis. Inde suam conjecturam formavit Acidalius, legens:

Str. Hoc mitte. id ut mihi te, tibi me aequum est credere.
Crede. *Coc.* imo equidem credo.

Praecesserat, ait, jocus turpior. Eum reiiciens servus, Hoc mitte, inquit: at illud crede mihi, ut credere inter nos alterum alteri par est. Quam orationem occupans alter, Imo equidem credo, inquit: iterumque ille, At scin' etiam, quid credas, et quo-

modo? Nec enim etiam rem ipsam aut omnia dixi. Alia, pergit Acidalius, non inconcinna ipsa quoque, licet haud aeque fortasse proba lectio:

Coc. Imo equidem credo. *Str.* at scin' etiam? *Coc.* quid modo?

Ceterum *Haec*, vel *Hoc mitte* solita in jocis praecidendis formula, ubi progressuri longius et in illicitum videntur. Poenulo: *Haec mitte.* Asin. *Mitte ridicularia.* Trinum. *Aufer ridicularia.* Most. *Abstine sermonem de istis rebus.* Rursus Poenulo: *Supersede istis verbis.* Et hac fabula infra: *aufer cavillam.* Et ut hoc quoque tangam, pergit: quod ait Strobilus, crede mihi, ut te mihi, me tibi credere aequum est; in eo tacite joci quiddam est, sed civilioris. Neutri enim innuit ab altero credendum. v. Acidal. divin. Plaut. p. 74. Ibidem similem locum addit e Poenulo 2, 43. ubi miles Anthemonides post narratam hominum volaticorum caedem interrogat: *An haec mihi non credis?* urbane leno Lycus respondet, *Credo, ut mihi aequum est credier*, quo tecte, quamquam aperte satis, indicat habere se tantundem militi fidei, quantum sibi utpote lenoni aequum ab aliis sit haberi.

V. 306. *credo*] Post hanc vocem hiatus est in penthemimeri, quem Plauto concedendum vidit ad Ter. Eun. 3, 1, 18. Bentleius. conf. huius fabulae 4, 6, 13. ed. *Gronov.*

Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex,

ubi non opus fuit, ut Bothe insereret *ego*, hiatus vitandi causa v. Osann. anall. p. 113.

V. 308. *potesse*] Mss. duo Lamb. Pal. 6 a manu prima; Pal. 3 a manu secunda. Quam elisionem in fine versus non concoquens Bothe edidit:

Censen' talentum magnum exorarier
Ab istoc sene ut det, qui fiamus liberi?

Bentleius ad Ter. Phorm. 3, 3, 2. scribit:

Censen? talentum magnum exorari potest
Ab hoc sene? ut det, qui fiamus liberi.

Coll. Trin. 3, 3, 30. Vulgo, *ab sene istoc.* Ceterum *potesse* in fine versus eliditur etiam Epid. 2, 2, 43.

At tributus cum imperatus est, negant, pendi potesse.
Illis, quibus tributus maior penditur, pendi potest.

Et hoc quidem loco ne sententia quidem post illud *potesse* continuatur, sed distinctio major interest.

V. 311. *tonsor*] Mss. At ed. Paris. Carpent. *tonsori ungues demserat.* De h. l. lectu dignus est Bottigeri libellus, cui titulus est: *Sabina* p. 330. sqq.

V. 312. *praesegmina*] Nonius p. 570, 7. *Praesegmina, proprie Plautus Aulularia ea dici voluit, quae unguibus eminulis praesecantur*: Quin ipsi pridem tonsor ungues demserat, collegit, omnia abstulit praesegmina. Eadem repetit p. 539, 35.

V. 313. *parce parcum*] Pall. et vett. At edd. Brix. et Parm. *mortalem praeparcum praedicas.*

V. 314. *adeo parcum*] Gulielm. Aulul. c. 3. citat:

Censen' vero adeo esse parcum et misere vivere?

Unde hanc conjecturam effinxit:

Censen' vero adeo esse parum et misere vivere?

Ubi *esse* est, victu vesci, edere.

V. 315. *eidem eripuit*] Langg. *ei eripuit.* Gulielm. l. l. legit: *ei deripuit.*

V. 316. *deplorabundus venit*] Nonius p. 770, 58. *Plautus Aulularia*, Homo ad praetorem venit deplorabundus. Ante Gulielm. l. l. *devenit.*

V 319. *sexcenta*] Langg. *secenta.*

V. 320. *Sed uter* — 335] H. totum locum scripsit cum hac dispositione personarum, quam ego edidi, Acidal. Alii aliter personis versus assignant.

V. 321. *furem*] Furum manus celeres vulgo dicuntur, et hoc vitium cocis exprobrari a Plauto solet. v. Gulielm. Misc. quaestt. cap. 1. p. 457. *Ego multo melior*, omisso *ut* Langg.

V. 322. *Ergo*] Acidal. — Vulgo, *ego.*

V. 323. *nundinalis*] Festus p. 132, 30. Nun-

dinalem cocum *Plautus dixit in Aulularia.* Cocus nundin ille est, in nonum diem solet ire coctum. *Cocum, qui novendialis alias appellatur, manifesto significat, quem dixit* nundinalem, *quod in nonum diem coqueret.* conf. p. 339, 37. Nonius p. 771, init. *Coctum, pro ad coquendum. Plautus Aulularia:* Solet ire coctum. Verbis autem: *Cocus ille nundinalis est* Lambinus non tarditatem coci aut segnitiem, sed ignobilitatem et imperitiam sugillari existimat, ideoque nundinalem s. novemdialem appellari, qui nono quoque die modo, h. e. nundinis, cum plebs rustica ex agris ad leges, quae promulgatae erant, cognoscendas, et ad mercatum in urbem conveniebant undique, ob pretii vilitatem conducatur, reliquis octo diebus in macello ferietur, quasi obsessor fori. — „Ego, ait Dousa centur. Plaut. p. 70., haud paulo argutiorem sententiam subesse auguror, tametsi ad quaestum illum nundinarium ob frequentes agrariorum confluges coquino huic generi id temporis in urbe obvenire solitum, allusum videatur a comico; tecte tamen et quasi per transennam Congrionem istum bustuarii ordinis coquum esse, intelligi velit. Quem nos *semirasum ustorem* cum Catullo [59, 5.] indigitare possumus, qui mortuis coenam coqueret h. e. qui recens iam ad rogum elatis pyraeque suppositis hoc officii praestaret, ut coenam illam feralem epulasque funebres ustrinae sive busto, quem locum *Culinam* antiquitus vocitatam nos docuit Festus, una cum ipso cadavere cremandas, largiter porro et acervatim iniiceret panarias, escariasque struices plus quam decumanas, thure, myrrha, oleo, nulloque non odorum et aromatum genere condiendas ab iis, ad quos parentandi s. exsequiandi jus curatioque spectabat. *iisdem nempe ignibus*, ut Tertullianus ait, *et promerentes pariter et offendentes carorum suorum funera*, coenamque istius modi condigno SILICERNII vocabulo insignientes, quod *silentes eam cernant i. e. umbrae possideant, vel quod qui haec inferant, cernant neque degustent*, uti clare in Adelphorum tractatione praeitum nobis a Donato. Quod quoniam nono demum die fieri solenne erat unde et *Novemdiales pulveres* apud Horatium [epod. 17, 48.] *dissipatos* legimus, causam joci Comico praebuisse videtur, ut coquum nundinalem diceret, quem insubidum prorsus atque imperitum, tantoque ad viscerationes illas novemdiales et inconditos *Culinae* mortualis apparatus, quam ad ingeniosae gulae Genium sapientiorem esse videri cupit Strobilus; quanto proclivius est, vilissimo illo ustoris munere defungi hominem mercennarium, quam quaesitam solennem coqui operam, aut condignum archimagiro officium praestare ad nuptias. Auctor huius sententiae Festus Pompeius. Ipse poeta interpretamentum h. l. praebet in Pseudol. [3, 2, 5.]

Nam si ego iratus peiorem hominem quaererem,
Coquum non potui, quam hunc quem duco ducere,
Multiloquum, gloriosum, insulsum, inutilem.
Quin ob eam rem Orcus recipere hunc ad se noluit,
Ut esset hic, qui mortuis coenam coquat.
Nam hic solus illis coquere quod placeat potest.

Atque equidem cum recogito, unum venit in mentem mihi, dubitare: *silicernia ista* novendialiane fuerint, an denicalia potius i. e. utrumne ad *fercula illa funerum*, quae, ut Probus tradit, ad rogum delata pariter cum ipso defuncto cremabantur, unde et *feralis coenae* meruerint appellationem, an vero ad diem proxime sequentem, qui *feriarum denicalium* nomine colebatur, pertinuerit hoc epulationis genus, ad funeris contagionem procurandam repertum h. e. ad domum familiamque certo genere *februi*, quod vocabant *exverrias*, perpurgandam expiandamque rite atque ex prisco Pontificum instituto. Priorem sententiam si sequimur, quidnam ad hancce Festi definitionem responsuri simus, nullus equidem dispicio: *silicernium erat genus farciminis*,

quo fletu (leg. *quoius esu* cum Fruterio) *familia purgabatur. Dictum autem silicernium, quia cuius nomine ea res instituebatur, is jam silicem cerneret. Caecilius: Credidi silicernium eius me esse esurum.* De cuius testimonii auctoritate hoc etiam cognoscimus, coenam istam sepulchralem mortuorum quidem tumulis apponi sive inferri potius, ceterum a vivis ac superstitibus absumi, ne dicam abligurriri solitam. Cui rationi nostrae propemodum succentat Nonius, nisi quod ille proprietate verbi paulo pressius excussa silicernium istud convivium esse vult funebre, unis senibus modo exhiberi consuetum, unde Meleagris scripserit Varro: *Funus exsequiati laute ad sepulchrum antiquo more silicernium confecimus* i. e. περίδειπνον. (ita legit Cuiacius), *quo pransi discedentes dicimus alius alii: Vale.* Ubi περίδειπνον haud inscite *circumpotationem* interpretabimur pro convivio funebri, quod ante funeris elationem in orbem biberetur. Cuius moris vocisque meminit etiam Cicer. 2. legg. [24.] ex conceptissima illa XII. Tabularum formula: VTI SERVLIS VNCTVRA OMNISQVE CIRCVMPOTATIO TOLLATVR. Quae quidem argumenta in unum collata faciunt ut Inferias illas Novendiales

Parentalia fercula illa, lignis
Infelicibus uri, et in favillas
Ac fumos, cineresque abire sueta
Diversa a silicernio fuisse

vere utique ac jure persuadeam mihi, ambigam tamen haud iniuria, utro demum locum illum Tertulliani referendum atque accommodandum autumem: *Vocas securos mortuos, si quando extra portam cum obsoniis, et mattiis tibi potius parentans ad busta cedis, aut a bustis dilutior redis.* Nam ad silicernium, qui potest, si quidem aut Donati, aut glossarii illius veteris a Jos. Scaligero dilaudati sententiam sententia est sequi? quibus funebre hoc quidem convivium fuisse convenit, Manibus defuncti

ab exsequiis oblatum, sed quod *cernere silentio* tantum (unde et etymon) non etiam degustare fas esset parentantes; ab hac causa, ne funestarentur, persuasi piacularem scilicet, pipuloque ac publicae exsecrationi obnoxium reddi, quisquis eorum, quae Divis Manibus libabantur, furtim involare seu tuburcinari quidpiam in animum induxisset suum. Utut est, Ovidiana quoque illa Feraliorum commemoratio ab hac Silicernii descriptione aliena sane videri non debet. Sic igitur ille 2. Fast. [533.]

Est honor et tumulis: animas placate paternas,
Parvaque in exstructas munera ferte pyras.
Parva petunt Manes, pietas pro divite grata est
Munere, non avidos Styx habet ima Deos.
Tegula porrectis satis est velata coronis,
Et sparsae fruges, parvaque mica salis.
Inque mero mollita Ceres, violaeque solutae:
Haec habeat media testa relicta via.

Et mox:

Nunc animae tenues, et corpora functa sepulchris
Errant: nunc posito pascitur umbra cibo.

Ubi *pyras* ustrinas illas in sepulchretis interpretor, quas monumentis ipsis silicernio coquendo applicitas *Culinarum* titulo venisse, a Jos. Scaligero jam inde a Catullo eius publicato didicimus. Quibus omnibus, tum singulis lux ab Honorati Commentariis foeneranda silicernii originationem a silice derivantis, super qua escis mortualibus positis, vino defuso rosisque sparsim profusis sacra illa quotannis instaurari solita prisco Quiritium ritu, idem nobis solidissime persuadet. *Testam* proinde sive *tegulam* in Ovidianis versibus sirempse plane cum Serviana *silice* esse, quis hinc non videt, nisi qui ipsus sit silex?" Ita Dousa. Adde Taubm. ad h. l. p. 191. sq.

V. 325. *fur*] Camera ius:

Congr. Tu trium litterarum homo
Me vituperas fur. *Anthr.* etiam fur, trifurcifer.

Sequor Acidalium. Gronovius:

Anthr. tun' trium literarum homo
Me vituperas? fur, etiam trifurcifer.

Langg. Mss. *tu trium litterarum homo me vituperas fur*] Mss, *tun trium vituperas? fur. Anthr.* Alii: *ras? Anthr.*

V. 326. *tace* — 327.] Gronovius:

Tace nunc jam tu: atque agnum hinc uter est pinguior.
Congr. Licet. *St.* tu Congrio eum sume atque abi
Intro illuc, et vos illum sequimini.

Camerarius:

Str. Tace nunc jam tu, atque agnum horum uter est pinguior.
Coc. Licet. *Str.* tu Congrio eum sume actutum tibi,
Atque intro abi illuc, et vos illum sequimini.

Aldus:

Tace nunc jam tu. atque agnum horum uter est pinguior.
Anthr. Licet. *St.* tu Congrio eum sume, atque abi
Intro illuc, et vos eum sequimini,

Vett. edd. et Pal. 6. *Atque agnum horum uter est pinguior.* Pal. 4. *Agnum hunc horum uter.* Vet. Cod. Cam. *atque agnum hinc uter est pinguior.* Ceteri Pall. *agnum hunc uter.* E Langg. ita enotatum est: *Tace nunc jam tu, atque agnum hinc uter est*] Langg. *Tace agnum uter.* — Ibidem loci verba *actutum tibi* non sunt in Mss., teste Pareo. Item a Langg. absunt illa. Iidem hoc ordine: *abi intro.* Alii enim: *intro abi.* Ibidem plurimi Mss: *eum sequimini*, pro *illum sequimini*, teste Bothio, qui ita edidit h. l.

Str. Tace nunc iam tu, atque agnum hinc uter est pinguior.....
Congr. Licet...? *Str.* Tu sume. *Congr.* At qui? *Str.* Abi intro huc! vos eum sequimini!
Vos ceteri illuc ad nos.

Pro hoc versu [327] duo eiusmodi, ait Bothe, habentur in plerisque libris:

Congr. Licet. *Str.* Tu Congrio eum sume, atque abi
Intro illuc, et vos illum sequimini.

Nec multo melius edd. quaedam vett., in quibus haec in unum nescio quem versum constipantur. Glossema est nomen *Congrio*: idque falsum, si quidem alteri coquo favet Strobilus. Dein Langg. *Atque*, non *atque*, medio in versu, ut fieri solet, ubi personae mutantur. Posset etiam legi: *Atque* (vel *Atqui*).... ut interpellari statueremus hominem, haec vel similia quaedam additurum: hic agnus mihi debetur, vel: haec injuria est. Sed eo remedio non abutendum, quod quidem recte adhibetur in verbo *Licet* (eum *mihi* sumere)? — Acidalius hanc conjecturam prodidit:

Str. Tace nunc jam tu, atque ai agnum horum uter est pinguior.
Anthr. Hic est. *Str.* Tu Congrio eum sume actutum tibi.

Illud *actutum tibi* Camerario deberi videtur, sive ex conjectura, sive ex Mss. hausit. Quae verba ego tenens sic legerem e Mss. aliquot:

Str. Tace nunc jam tu, atque agnum hinc horum uter est pinguior....
Anthr. Licet. *Str.* tu, Congrio, eum sume actutum tibi,
Atque intro abi illuc et vos illum sequimini.

Sed vox *agnum*, ut graviorem sensum habens, in arsi posita esse debet, neque potest in thesi latere. Quare illud *hinc* omisi, et alterum tertiumque versum cum lacuna dedi, ut fere, sine numeris quidem, in libris Mss. sunt. *Licet* est quod nos dicimus *Recht gerne.* Etenim cum Strobilus dicere voluisset, Uter horum agnorum pinguior est, eum tu, Congrio, accipe; interpellans Anthrax nimis cupidus, Licet, ait; quibus dictis Strobilus orationem coeptam ad Congrionem haberi continuat, simul agno pinguiore huic ipso in manum tradito.

V. 329. *Anthr. Hercle injuria*] Alii, ut in Monac. et Helmst. est, praefigunt personam Congrionis. At Anthracis nomen jam Acidalius adscripsit, quod idem Both. voluit, quanquam in versu apud eum Congrio legitur.

V. 330. *Dispartivisti*] Helmst. — Alii per *e* scribunt.

V. 333. *huc intro abi ad nos*] Vett. partim: *abi tum ad nos*; partim velut Ald. et Juntin. *abidum ad nos*. Hinc Gulielm. Capt. c. 2. fecit: *abidum*. Paulo ante Langg. habent: *Phrygia tum autem Elusium*.

V. 334. *detrusti*] Acidal. — Vulgo, *detrusisti*.

V. 335. *ubi si — prius*] Vet. Cod. Meurs. *poscamus*. Pall. et edd. *poscamus ad ravim, poscamus*. Vet. Cod. *ubi si quid poscamus, quae adaravin poscamus*. Langg. *Ubi si quid poscamus, quae ad aram imponamus. Ubi prius*. Alii Langg. *poscamus ad ravum poscamus prius*. Festus p. 170, 6. *Gothofr. Ravim antiqui pro raucitate dicebant. Plautus*: Ubi si quid poscamus, ad ravim poscamus. Item *experiuravi* (legunt quidam: *expurgabo*) *hercle omnia ad raucam ravim. et in Artemone et.... Caecilius in Hypobolimaeo: Prius ad ravim poscaris, qua placentam feceris. Conf. p.* 397, 60. Nonius p. 577, 19. *Ravis est raucitas. Plautus Aulularia*: Ubi si quid poscamus, ad ravim poscamus prius. Ubi etiam Nonii Mss. habent *poscamus*. Idem altero loco p. 696, 11. ita citat: Ubi si quid poscas, usque adravim poscas prius. Mss. *poscam* h. l. Nonii. v. Parei anall. Plaut. p. 187.

V. 336. *Stultum est et sine gratia*] Dousa fil. *stultum est et sine gratia, ibi recte facere, quando* etc., quod recepi. Pall. 5 et 6. *Stultum et sine gratia est*. Ceteri Pall. *stultus et sine gratia es: Tibi recte facere, quando quod facias perit?* Signum interrogandi etiam in 5 suis ait fuisse Taubm. Vulgo, *tibi* pro *te ibi*. Ms. Camer. 3 Bothiani, Pall. 4. et vett. edd., teste Bothio, *stultus est*. Vett. alii: *tibi recte*, alii: *estibi*, alii: *esttibi*. Gulielm. Aulul. c. 4. *stultus, et sine gratia est, ibi recte facere*. Acidal. primus scripsit *Te ibi*, pro *ibi*.

V. 339. *si quod uti*] Libri alii *si quid*, alii *si quod*. Bothe dedit: *si qui*. Teste Pareo: omnes Mss. *si quid*. Etiam Langg. *si quid*.

V. 341. *hic apud nos*] Langg. *hic autem apud nos*. Plerique vett. habent idem, quod edidit Bothe:

Hic autem apud nos magna turba ac familiast.

V. 343. *Ibi si perierit*] Langg. — Alii *ubi si perierit*.

V. 348. *surripias*] Vet. Cod. Cam. *surripiat*. In Pall. 6. non est haec vox. Voss. 3. Junian. *surripiat*. Voss. 1. *subripiat*. Voss. 2. et Gudian. non habent hanc vocem. Paulo ante in: *quippe qui* abundat *qui*. V. Faern. ad Ter. Heaut. 3, 2, 27.

ACTUS II. SCENA V.

V. 353. *Cererin — nuptias*] Palmer. spicil. legit:

Cererin', Strobile, estis facturi nuptias?

Mss. fere omnes: *has facturi*. Itemque edd. primae: *Cererin, Strobile, has facturi nuptias?* Etiam Langg. *has facturi*. et Festus, qui citat h. l. p. 235, 54. Edd. Parm. et Argent. a. 1514. *mi Strobile*. Etiam Macrob. Sat. 3, 11. citat:

Cererin, mi Strobile, hi sunt facturi nuptias?

Sequor Mssos. Hiatus si minus placuerit, lege *istas*, pro *has*, ut in vett. legitur. v. Meurs. Exercc. crit. p. 1. p. 41. qui ita citat h. v. Memorat h. l. etiam Servius ad Virg. Georg. 1, 343. *superfluum est, quod quidam dicunt, contra religionem dixisse Virgilium, licere Cereri de vino sacrificare. Pontificales namque hoc non vetant libri. Quod autem ait Plautus in Aulularia, cuius ipsi utuntur exemplo*: Cererin nuptias facturi estis? quia temeti allatum nihil intellego, *non est huic loco contrarium. Nam aliud est sacrificium, aliud nuptias celebrare, in quibus revera vinum adhiberi nefas erat, quae Orci nuptiae dicebantur, quas praesentia sua Pontifices ingenti solennitate celebrabant.* v. Dous. centur. Plautin. p. 76. sqq. — Vers. sequ. citat Nonius p. 486, 12. *Plautus Aulularia*: Quia

temeti nihil allatum intelligo. et Fest. p. 463, 53.

V. 356. *Ligna* — 361. — *sequimini*] Dedi totum locum ad emendationem Acidalii. Eandem, quam ille, Pistoris apud Taubm. dispositionem personarum fecit.

V. 359. *Coenaene*] Mss. Cam. et Lang. et edd. quaedam vett. *Coenaeve*. De mercede, quae eodem vers. memoratur, v. Dous. centur. Plaut. p. 79. sq.

ACTUS II. SCENA VI.

PYTHODICUS.

Pro *Pythodicus* Mss. Lang. habent *Fitodicus*.

V. 365. *sursum*] Langg. *inde coactam subducemus corbulis sursum*, ut *sursum* sit in proximo versu. Nonius p. 710, 35. Ut in puteo cenam coquam: inde coctam sursum subducemus corbulis.

V. 367. *sunt*] Mss. Cam. Lang. et edd. — Vulgo, *sint*.

V. 368. *Sed verba*] Vet. Cod. Cam. — Pall. *sic verba*, itemque vett.

ACTUS II. SCENA VII.

V. 371. *Uti — nuptiis*] Mss. omnes, etiam Langg. et vett. omnes:

Ut bene haberem filiae nuptiis.

Vet. Cod. Cam. *habere me filiae nuptiis*. Sed *me* scriptum erat inter lineas. Ed. Argent. a. 1514 *filiae me in nuptiis*. Bothe ex emendatione G. J. Vossii dedit:

Ut bene me haberem filiai in nuptiis.

V. 374. *Vitulinam*] Mss. Lang. *vitilinam*.

V. 375. *cariora, aes non erat*] Langg. *cariora quia aes*. Alii: *quo* pro *quia*.

V. 376. *Iratus — illinc*] Langg. *iratus illinc abeo*. Ibidem inverso ordine Guelferbyt. *est nihil*.

V. 377. *adii manum*] Bothe edidit: *adivi*. Manum adire solennis Nostro formula. Est autem, quod nos dicimus. *Einem den Mund wässern*, et dicitur ei, qui, cum jam sibi quippiam acceperturus videretur, postea frustra habitus ac delusus est. Dicitur igitur adire manum alicui, qui illi tanquam in manum traditurus aliquid ostentet, cumque ille manum ad id capiendum porrexerit, suam ipse manum retrahat, eumque inanem atque hiantem destituat. v. Muret. V. L. 19, 19. collatis Barth. adv. 23, 23. et 16. et Bentleio ad Ter. Heaut. 4, 6, 14 et Pareo lexic. cr. v. *Manus* p. 720. Item Acidalius divin. Plaut. p. 427. callidam deceptionem et fraudulentam frustrationem ea formula significari docet. Duo tantum, ait, loca ponam, quae videantur aegrius in hanc mentem flecti. Alter eorum locorum est, quem nunc tractamus; alter Poenul. 2, 1, 11.

Quoniam litare nequeo, abii illinc illico
Iratus: vetui exta prosicarier,
Neque ea aspicere volui, quoniam illa non bona
Aruspex dixit: deam esse indignam credidi.
Eo pacto avarae Veneri pulcre adii manum.
Quando id quod sat erat, satis habere noluit,
Ego paussam feci.

At his quoque locis palam est, esse frustrari. Et Poenulo quidem ipse leno diserte satis explicat, quomodo Veneris avaritiam eluserit: Aulularia triparcus Euclio cum aes non haberet tamen emturiens in forum processisset, ut honesto praetextu vacuus a macello discederet, ira seu vera seu simulata, caritatem annonae fugiens, improbos lanios et piscarios frustrabatur.

V. 381. *ventri cordique*] inverso ordine Mss. Langg.

V. 384. *tusculum*] Priscian. p. 611. *Putsch.* citat: Nunc thusculum emi hoc, et coronas floreas.

V. 389. 90. *si potes, vicinia Pete*] Mss. Cam. et edd. ante Pium Basil. et Venet. *vicinia*. Alii Mss. *viciniam*, itidemque habent. Edd. Carpent. Brix. et

Pall. omnes. Omnes libri *potes*. Sed *potest* praetulerunt Bothius et Dousa centur. Plaut. p. 81. sqq. qui ubique apud Plautum *quantum potest* legendum putat, pro *quantum potes*. Velut v. 398. Sed alia ratio est eius locutionis, qua dicitur: quamprimum, quam celerrime fieri potest, et huius loci, ubi ad *potes* supplendum est: *petere* ex seqq. v. Bentl. ad Ter. Ad. 4, 5, 66. Phorm. 4, 3, 69.

V. 390. *haec est parva, capere non quit.* Eucl. *hei mihi*] Mss. Lang. *parva est, ei mihi*, reliquis, ut videtur, omissis.

V. 391. *hercle*] Ed. Brix. *hodie*, quo futilis conjectura nititur Gulielmi Aulul. c. 4.

V. 392. *Nimirum — currere*] Vulgo,

Nímirum occidór, nisi ego intro huc própere propero cúrrere.

Qui versus si retineatur, tetrameter trochaicus jambicis trimetris immiscetur. Tria exempla ex Plauti comoediis memorantur, quibus itidem factum est, quos tamen locos Bentl. ad Ter. Heaut. 1, 1, 20. mutavit in trimetros. Primus eorum est hic ipse Aulariae, quem ad emendationem Bentleii edidi. *Propere*, ait, abest a pluribus codd., ut a Regio 800 annorum. Alter est Poenul. 5, 3, 46.

Ego quidem meós amores mécum confidó fore.

Dele modo *Quidem*, ait, et lege:

Ego meos amores mécum confidó fore.

Rud. 4, 1, 14.

Jám meas oppilábit aures súa vaniloquéntia.

Atqui hic trohaicus non est: *sua* enim pro spondeo hic stat. Mss. *oppilebit*. Lege certissime,

Jam meás opplebit aúres sua loquéntia.

ut illud Sallustii: *Satis loquentiae, sapientiae parum.* — Superest, quem ego addam, locus Trucul. v. 243. ed. *Colon.* ubi inter senarios legitur tetrameter jambicus catalecticus huiusmodi:

Per hórtum transsilívit ad nos: eúm volo convenire.

Ubi cum in promtu sit delere illud *convenire*; (nam solennis formula Nostro: *te volo, velle aliquem* i. e. *ich suche dich, mit einem sprechen wollen*) nolui tamen id verbi delere, quod et omnes libri servant, nec dum satis exploratum est de alienis versibus inter senarios aliosque rhythmos immixtis, et nonulla eius rei exempla cum in aliis fabulis, tum in Truculento extant. Accedit quod tetrametri jambici catalectici post senarios Truc. l. l. repetuntur, itemque praecedunt. — Ceterum nostro loco Ms. Heraldi et aliquot Pall. habebant *occidi*, pro *occidor*. Mss. Lang. *nisi ego intro huc propere propero currere*. Mss. Cam. item *propere propero*. Popma, teste Taubmanno, citat: *propere, propere*. Pall. et vett. *Nimirum occidor, nisi ego intro propero currere*.

V. 394. *Confige* — 395. *Cui in re tali* etc.] Hos verss. sedem mutare jussit Bothe. Nec male, nec necesse videtur.

ACTUS II. SCENA VIII.

V. 397. *Machaerio*] Gulielm. Aulul. c. 7. Machaerionem, ait, coqui nomen esse omnes putant: ego aliter censeo, machaerio juberi exdorsuari muraenam et id cultelli coquinaris genus esse. — Male; id illud *tu* probat, nomen esse Machaerionis; neque opus habebat Anthrax addere, exdorsuandos pisces cultello esse. Scilicet id Plauti lectores fugit, opifices ab opificio et opificii apparatu ducere nomina in his fabulis.

V. 398. *quantum potest*] Secutus sum Dousam. v. ad v. 389. Magnus librorum dissensus de h. l. est: Guelf. Helmst. unusque Palat. *Congrum, muraenam exdorsua, quantum potes*. Nonius 537, 27. citat: *desquamat, squamis exspoliat. Plautus Aulularia*: Dromo desquama pisceis, tu Machaerio Gongrum, muraenam exdorsua quan-

tum potes. et p. 492, 22. Tu Machaerio congrum muraenam exdorsua quantum potes. Fest. p. 284, 59. *Exdorsua*, *dorsum confringe: alii exime.* Ceteri Pall. et Ms. Camer. et Monac. *Congrum, muraenam exossata fac sient.* Novum versum inde conflavit Camerarius, perhibente Bothio, hunc:

Atque omnia, dum absum hinc, exossata fac sient.

Langg. *Congrum, muraenam exossata fac sient.* Alii: *congrum, muraenam exossa, quantum potes. Ego hinc* etc. Bothe edidit:

Dromo, desquama piscis. Tu, Machaerio,
Congrum, muraenam, exdorsua, quantum potest.

Tertium versum totum omisit, ut glossema. „Versus autem ille: *Congrum — potest* sua parte debetur Nonio; nam non habetur in ullo Palatino, praeterquam in Palat. 4. Ceteri tantum ista verba habent: *Congrum, muraenam exossata fac sient*, ut suspicio sit non invalida, versum illum tertium huius scenae prorsus esse spurium. Certe nec vola nec vestigium eius extat in edd. Camerario prioribus. Et ita est: optimus ille vir, cum secundum versum videret extare apud Nonium et in vett. edd., noluit eum eiicere; sed potius cum videret extare in Ms. suo: *exossata fac sient*, de suo versum supplevit. Verum aut omnia me fallunt, aut verba: *exossata fac sient* sunt a glossa scribarum ad illud *exdorsua*.“ Gruterus.

V. 400. *artoptam*] Plin. H. N. 18, 28. *Pistores Romae non fuere ad Persicum usque bellum, annis ab urbe condita super* 580. *Ipsi panem faciebant ante Quirites, mulierumque id opus erat, sicut etiam nunc in plurimis gentibus.* Artoptam *Plautus appellat in fabula, quam Aululariam inscripsit: magna ob id concertatione eruditorum, an is versus sit poetae illius: ceitumque fit A. Ateii Capitonis sententia, coquos tum panem lautioribus coquere solitos: pistoresque tantum eos, qui far pinsebant, nominatos. Nec coquos vero habebant in servitiis, eosque ex macello conducebant.* Osann. anall. p. 190. super ea re adiri jubet interpp. ad Plin. l. l. et Dacer. ad Fest. v. *Coquum* et *Pistum*. Atque id recte Plinium animadvertisse testari ait alium Plauti locum in Trin. 2, 4, 85.

Comesum, expotum, exunctum, elotum in balneis.
Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui.
Olitores, myropolae, aucupes etc.

ubi *pistorem* de eo qui far pinsat, adhuc dictum appareat. Dubitatum igitur ab criticis aetate Plinii, an hic versus genuinus sit, quod vel decem annis post Plauti obitum ipsi Quirites panem fecerint, munusque id mulierum fuisse addit, sed Ateii Capitonis sententiam fuisse, quod lautioribus coci coquere soliti sint panem. Artoptam autem utendam petit hic a Congrione coco, nisi illa: *ex proxumo* significare velis, eum domo Euclionis petiisse. Utut est, observationi Plinii h. l. non repugnat; nam in nuptiis etiam pani coquendo, alias a mulieribus domesticis coqui solito, e macello conduci poterant homines. Ceterum v. Turneb. adv. 14, 5.

V. 402. *ludius*] Mss. Cam. et Pall. 5. et Langg. *Lydius est.* Nonius p. 783, 35. *Plautus Aulularia:* Tu istum Gallum, si sapis, glabriorem reddes mihi, quam vulsus ludius. v. Dionys. Hal. A. R. II. p. 388. *Reisk.* sive Turneb. adv. 6, 26. et quos laudat Gesner. thes. l. l. s. v.

V. 403. *quid hoc clamoris*] etiam Langg. habent.

V. 405. *hic turbaï itidem fuat*] Vett. et Langg. *ne quid turbae hic itidem fiat.* Nonius p. 780, 14: redeo intro, nequid hic turbae fiat.

ACTUS III. SCENA I.

V. 406. *Optati — 410. — gymnasium*] v. Herm. doctr. metr. p. 91.

V. 407. *facite, totae plateae*] Mss. Langg. *facitote platea.*

V. 408. *coquitatum*] Citat h. l. Nonius p. 532, 8. *Coquitatum* scripsit Herm., ut Festus legisse videtur. Vulgata: *Coquinatum*, in quo secunda syllaba producitur, sic tantum ferri posset, si ultima in sequentem versum elideretur. Quae autem dixi, ait Herm., in h. l. memorabilia esse, haec sunt, primo, quod nullus subiicitur catalecticus: nam qui sequuntur versus iambici octonarii sunt; deinde quod in quinto versu non est facta elisio in caesura: ex quo intelligitur, hos quoque versus eodem modo, ut septenarios, asynartetos apud Plautum esse.

V. 412. *exegit*] Nonius p. 649, 43. citat: exigit.

V. 413. *Attat, perii*] Mss. Lang. *a perii, bacchinal adest*, reliquis omissis. V. 3 quoque huius sc. habent *bacchinal*. Ex conjectura Acidalii et versus causa edidi *aperitur*. Vulgo, *aperit*. Idem emendavit *docet* pro *docuit*, quod omnes edd. habent, sequ. versu. Item rectum versuum ordinem ille restituit, ante quem hoc ordine legerentur: Vss. 413. 414. 411. 412. *Aperit* etiam Ms. Sambuci habebat, teste Meursio Exercc. crit. p. 42. Idem Festi locum p. 273, 17. *Gothofr.* ad stabiliendam lectionem *coquitatum* jam attulerat: Coquitare *pro coctitare, i. e. frequenter coquere Plautus posuit.*

ACTUS III. SCENA II.

V. 415. *Redi* — 446. — *ante aedis*] H. l. tractavit Herm. doctr. metr. p. 455. sqq. Versus sunt Jonici a maiore ut in act. 2, 1, 36.

Redi] Mss. Lang. *Eucl. Dedi.* Eodem v. Herm. de suo addidit *tu.*

V. 416. *jam ego deferam tuum nomen*] Langg. *iam perfero nomen tuum.*

V. 417. *quid comminatus*] Acidalius: *quin* omisso signo interrogandi. Hoc dicit Euclio: non id accuso, quod cum cultro es, sed quod eo minatus es mihi.

V. 420. *quoi*] Langg. — Alii: *cui.* Ibidem *mali.* pro *male* Guelferb. *malis* Helmst. Vulgo, *neque quoi ego de industria amplius.*

V. 422. *cinaedus*] Nonius p. 487, 23. *Plautus Aululario:* ita fustibus sum mollior magis, quam ullus cinaedus. Vulgo, *mollior miser magis.* Sed *miser* abest a Mss. Nonii, etiam Ms. Palat. eiusdem scriptoris apud Pareum. Omisit etiam Herm. — Bothe: Nescio quis codex, cuius meminit Jan. Gebhard. antiqu. lectt. 1, 8: *submolior*, quod ille accipit pro eo, quod est *submolor*, vel potius (nam id inusitatum pro *permolor)* sensu figurato. Sed hoc ut ei demus: ineptum tamen est illud verbum, si quidem nunc homo non vapulat, sed vapulavit ab Euclione, verberatusque aufugit. Quo igitur in re acta tempus praesens? De voce *cinaedus* v. Turneb. adv. 4, 21. Gesner. thes. l. l. s. v. *cinaedulus* et interpp. ad Stich. 5, 5, 19. 28. Constat autem, eam vocem saltatoris vim habere aetate Plauti.

V. 423. *tactio est*] Mss. Langg. *sed quod tibi tactio est, quae res?* ceteris omissis, etiam in fine verbo *est* post *res.*

V. 424. *rogitas*] Bothe: *rogas.* Mox inverso ordine: *erat aequum* Mss. Lang.

V. 425. *cum magno malo tuo*] Mss. Lang. mox *si hoc caput.* Vulgo enim, *si hocce caput.* Herm. ordinem mutavit in his, quae vulgo leguntur: *cum malo magno tuo.* Plerique codd. *cum malo tuo magno.*

V. 426. *fuat*] Vulgo, *fiat*, quod iam olim fuerunt, qui in *fiat* mutarent.

V. 429. *quid, malum, curas*] Libri: *quid tu, malum, curas, utrum.* Reizius ante *utrum* addebat *ego.* [Et sane Mss. Lang. habent: *coctum ego edim.*] Atque is quidem hos versus jambicos trimetros hypercatalectos esse opinabatur. Si vulgata servatur, *nuptias* in duas syllabas contracto, fortasse scribendum *ego utrumne.* Herm.

V. 431. *an non sinas*] Mss. Lang. *item sinas.*

V. 432. *ego item*] codd. pro vulgato *item ego*. Ibidem pro *meam* vel *meane* Mss. fere *mea* habent.

V. 433. *utinam*] H. v. Camerario mutilus videbatur, sed ita legitur in omnibus Mss.

V. 435. *prohibes*] Ms. Lips. et Bothe. Alii libri ut vulgo, *prohibeas*.

V. 436. *secus quam velles*] Vulgo *sequius quam velles*. Plerique Codd. *secus*. Sed vestigia in Ms. Camer. *sequi usquam velles*. Rittershus. apud Sciopp. susp. lectt. p. 200. conjecit: *secius quam velles*. Mss. Langg. *tibi seu cuiquam non velles?*

V. 438. *perviam*] Ms. Camerar. et omnes edd. ante Lambin. *pervium*. Sed 3 Pall. *perviam*. Mss. Langg. *conclavium pervium* sine *mihi*. Iidem omittunt *hic* paulo ante, ubi vulgo: *angulos hic omnis*. v. ad Trucul. v. 577.

V. 439. *si adesses*] Mss. Langg. partim: *si non adesses*.

V. 440. *fissile*] Helmst. *fissilea*. Ibidem Mss. Lang. *merito id factum est tuo*.

V. 441. *adeo ut meam*] Libri: *adeo ut tu meam*. Ibidem vulgo, *iamiam* Codd. *iam*.

V. 442. *huc*] Gulielm. Aul. c. 4. legit *hoc* et sensu illo intelligit, quo δεικτικῶς ponitur. *Hoc* recte legeretur, nam ita *huc* in Mss. scribi solet Plautinis, sed illo sensu non accipiendum.

V. 443. *mortalis*] Edd. vett. et Mss. omnes: *miserrumus mortalis uti sis*.

445. *pipulo differam hic*] libri *hic differam*. Mss. Cam. *populo*. Pall. aliquot et vett. *pipulo*. Mss. Lang. *populo hic differam ante*, sine *te*. Nonius p. 570, 12. citat: Ita me bene amet Laverna, te iam nisi reddi mihi vasa jubes, pipulo hic differam ante aedes. et Varro de l. l. 6. p. 58, 16.

V. 446. *nae ego*] Lambin. et Gruter. dederunt e Mss. et vett.

V. 454. *Temperi — caput*] Debetur h. v. Camerario. Nam Pall. praeter Vet. Cod. eum non habent; in eo autem ad oram adscriptus erat manu eadem, qua priora scripta sunt omnia. Palmer. spicil. p. 670. inutili conjectura versum sanissimum temerat. Sic enim ille:

Temperi: postquam impluisti fustibus istorum in caput.

collata Mostell. 4, 1, 10.

Lubet cavere malam rem prius,
Quam ut meum tergum exsinceratum fiat;
Ut adhuc fuit, mihi corium esse oportet
Sincerum, atque uti vetem verberari.
Si huic imperabo, probe tectum habebo.
Malum cum impluit ceteros, non impluat mihi.

Sed recte conferunt nostro loco Amph. 1, 1, 94.

Vertentibus Telebois telis complebantur corpora.

Tamen Acidal. divin. Plaut. p. 11. ingenio abutens intemeratum non sinit, sed legit: *compluebantur*. Pro nostra lectione deinde, ipso Acidalio fatente, stat Cas. 1, 1, 35.

Quae nisi erunt semper plena, ego te implebo flagris.

Ex Epid. tamen 1, 2, 18. praeterea affert h. v.

Quem quidem hominem irrigatum plagis pistori dabo.

V. 455. *conducta est*] *Est* non legebatur in Mss. Lang. Paulo ante v. 453. Vet. Cod. *facessite*, pro *facite*.

V. 458. *molestus ne sis: i et coenam coque*] Mss. Lang. Helmst. et Monac. *molestus ne sis, aut coenam coque*. Quod Bothe recepit.

ACTUS III. SCENA III.

V. 461. *coepit*] Mss. Pall. omnes et edd. vett. *coepit rem habere aut negotium*. Pal. 4. initio habuit *agere*, pro *habere*. Langg. *pauper cepit rem habere aut*. Alii: *pauper homo cepit rem habere aut*.

462. *me*] alio positu haec vox extat in omnibus mss. et edd. — Langg. *velut Megadorus*.

V. 464. *is ea causa*] ita Mss. Alii aliter.

V. 465. *intus*] non habent Mss. Langii.

V. 466. *penissume*] Vet. Cod. Camer. *penussime.* v. ad v. 699.

V. 467. *Scalpurire*] Nonius p. 581, 37. *Scalpurire, scalpere. Plautus Aulularia:* Ubi erat haec defossa, occepit ibi scalpurire unguibus. Acidalius scribit: *scalpturrire.*

V. 468. *peracuit*] sunt qui legant: *ira mi pectus peracuit.* Dubites, ait Acidalius, *peracuit* a *peracesco* descendat potius, ut Lambinus voluit, an a *peracuo*: quorum hoc non videatur disconvenire, ut dicat, stimulasse pectus suum scalpturitione ungularum gallum. Tamen alterum non reiicias, quod magis etiam conveniat, si et *ira* scribas, nominandi casu, sive auferendi: quamquam nullus hoc suadeo, et absolute scio poni Bacch. 5, 1, 13.

Hoc, hoc est, quod peracescit, hoc est demum quod percrucior.

Apuleius *inacesco* paulo aliter, sed eleganter usurpavit 5. Metam. [163, 23. *Elmenh.*] *Ac si tibi etiam, ut par est, inacuit nostra contumelia, consilium validum ambae requiramus.* — *Ira* versus non fert.

V. 470. *Credo ego illi edepol*] Mss. non habent *ego*, teste Bothio. Mss. Lang. *edepol ego.*

V. 471. *e manu*] Ms. Cam. Mss. Pall. et Helmst. *ex manu.*

manubrium] Vet. Meursii: *manubium.*

V. 472. *gallinaceo*] Hic versus, ait Osann. anall. crit. p. 181., cum quae eo continentur, Euclio in praecedentibus jam narraverit, tantopere ineptus est, ut cum ab actore suspicer adjectum, quamquam Ausonius praef. ad Griphum p. 447. ante oculos videatur habuisse. Atque cum patet conflatum esse e v. 6 et 9. h. sc. — Ego versum tam a manu Plauti esse, persuasum habeo, quam ullum alium, quippe qui videam, ab hoc poeta saepe eadem variatis verbis repeti.

ACTUS III. SCENA IV.

V. 476. *De conditione* — 477. — *consilio bono*] Mss. Pall. 5 et 1 a correctore: *de conditione ac Euclionis filia.* Ms. Camer. *de conditione hac Euclionis filiam laudant.* Vulgo,

Narravi amicis multis consilium meum
De conditione hac, Euclionis filiam
Laudant, sapienter factum et consilio bono.

Rittershus apud Sciopp. susp. lect. p. 182. putavit, aliquid deesse, quod minus Latine oratio cohaereat. Quare sic legit: *De conditione hac Euclionis filiae. Laudant.* At Scioppius corrigit: *Euclionis filia Laudant sapienter factum*, sicut dicitur: quid tuo factum est pallio? quid me fiet? — Sed ea est alia ratio. Germanice dicas: *Was wird aus mir werden?* Sed nec latine dici potest: sapienter factum filia laudant, nec possent, si sic posset dici, ea verba sensum habere, qui hic desideratur: *sie loben es als klug und weise, dafs du die Tochter des Euclio gewählt hast.* In his verbis: *laudant sapienter factum et consilio bono* brachylogia est, sensus autem hic: laudant et dicunt sapienter factum esse et consilio bono. Exemplum similis brachylogiae extat apud Leonidam Tarentinum Epigr. 9, 25. Anthol. Palat.

αἰνείσθω δὲ καμὼν ἔργον μέγα, καὶ Διὸς εἶναι
δεύτερος, ὅστις ἔθηκ' ἄστρα φαεινότερα.

et apud Livium 33, 22. *nominabant etiam tribunos militum cecidisse* i. e. nominabant etiam tribunos militum, quos dicebant cecidisse. V. Jacobs ad h. l. p. 396.

V. 482. *nos minore*] Langg. *minore nos.*

V. 483. *metuunt magis*] In omnibus Pall. et Mss. Cam. et Lamb. est *magis*, nonnisi unus Lambini habet *minus.*

V. 485. *in maximam illuc populi partem est optimum*] Langg. *in maxumam illaec optumum.*

V. 487. *avidis atque*] Langg. *avidis nec ne.*

V. 488. *tutor capere*] Langg. *sutor capere.* Meurs. legit: *tutor pacere.* Eam putat esse antiquam vocem, quasi sit pro: figere modum. Sed *pacere* nihil est nisi erratum scribentis. *F* et *p* saepe librarii mutant. V. Jacobs. ad Livium init. Palmer. spicil. p. 668.

V. 490. *dotatae si istud*] Langg. *dotatae illuc.*

V. 491. *Quo lubeat*] Meurs. *quoi.* Ante Camerarium legebatur: *quo jubeant*, quod erat etiam in Pall., nisi quod Vet. Cod. a manu prima habuit: *lubeant.* Langg. *jubeant nubant.* Gruterus in Excerpt. Plautin. apud Pareum anall. p. 190: *Quo jubeant, nubant*] Sic edd. et Pall. 5. Nam quintus *quo quo jubent, nubant.* Camer. vulgavit: *lubeat*, sed contra Ms. suum, veterem illum cod., qui praefert *jubeant.* Prius tamen habuit: *lubeant.* Certe Pall. 3 et 5. adscriptum habent *jubeant*, h. e. *velint.*

fiat] Meursius: *fuat.*

V. 494. *muli*] Acidalius divin. Plautin. c. postremo p. 561. de h. l. ita disserit: De mulorum usu et pretio pariter magno loquuntur hi versus, qui mihi praeter alia loca non afferenda memoriam refricant Tertulliani ad uxorem 1, 4. *Non quidem monilium pondera, non vestium taedia, non gallicos vultus, nec germanicos baiulos* etc., ubi occasione hac lectionem aliam marginalem assero *mulos* pro *vultus.* Etsi enim hoc vocabulum tres pluresque Vaticani Mss. habent, verius tamen est illud *mulos.* Muli namque praecipuus usus in feminarum gestatione, de qua Tertullianus sentit, et in eadem baiulos statim addit. De vultibus gallicis non ita convenit: at de mulis apud omnes constat, et maxime omnium convincit atque illustrat hic Plauti locus. Sed et in partem Martialis venit, cuius aeque ambigua lectio epigr. 62. libr. 3. pariter in ea voce stabilienda:

Aurea quod fundi pretio carruca paratur;
Quod pluris mula est, quam domus, emta tibi.

Sic vett. Vulgo *nulli*, quod praeoptet qui nec aptitudinem mulae ad carrucam adiunctae, nec mendacium apertum videt de Quinti illius domo, quae tota urbe fuerit una omnium maximo emta. — Adde Taubm. ad h. l.

V. 497. *ad parsimoniam*] Hic usus praepositionis etiam apud Symmachum 4. ep. 56. *Respublica in vetustatem se recepit et decrepitos mutavere animos, postquam vos ad virtutem verba fecistis,* ubi legendum: *et decrepitos mutavit annos.* Plautus Capt. extr.

Spectatores, ad pudicos mores facta haec fabula est.

V. 498. *Nulla igitur*] Mss. omnes: *Nulla igitur dicat.* In Pal. 4. adjecta glossa est: *Igitur* esse: postea. v. Pareus lex. crit. s. v.

V. 501. *pedisequos*] Mss. Camer. et Pall. 4. — Vulgo, *pedisequas.*

V. 502. *salutigerulos*] Dousa conjecit *sandaligerulos.* Mss. Camer. *salutigerrulos.* Langg. *ferar*, pro *vehar.*

V. 503. *hic*] omittunt Mss. Langii.

V. 504. *factum*] Ms. Lambin. non habet. Sed legitur in omnibus Pall. et edd.

V. 507. *pulchrum*] Langg. *polcrum.*

V. 508. *lanarius*] Ms. Camerar. a prima manu: *linarius.* At Pall. et vett. vulgatam tuentur.

V. 509. *Caupones*] omnes Mss. habent. Vet. Cod. Meursii: *Ciniflones.* Acidalius conjecit legendum esse:

Stant pone patagiarii, indusiarii.

Nihil tentandum. Caupones audiunt omnes illi, quos nos dicimus *Kleinhaendler.*

patagiarii] V. Böttiger. *Sabin.* p. 359 et 377 not. 3. *Patagium, clavus. Diese Bordure war eigentlich nur ein Vorrecht der Matronen. Um sie von der Bordure an der Männertunika, die eigent-*

lich nur clavus *hiefs, zu unterscheiden, hiefs sie auch mit einem griechischen Worte* patagium V. Ferrar. de re vest. 3. p. 174. *Dafs man sie auch an den Aermeln getragen habe, beweisen die* manulearii patagiarii *in Reinesens Inschriften* Cl. 11. 83. p. 639.

indusiarii] Böttiger l. l. 358 et 375. *Das Hemde, Interula. Dieses war eine Art von innerer Tunika (interula), die entweder ganz aus Leinwand (lineae, Salmas. ad scriptt. h. a. t. i.* p. 972.) *oder aus Baumwolle (byssinae) verfertigt wurden. Männer und Frauen trugen dergleichen; bei den Männern hiefs sie* subucula, *bei den Frauen intusium; (v. Ferrar. d. re vest.* 3, 1. p. 175. et de orthographia vocis Varr. 4. de l. l 30.) *ungefähr wie die Engländer zwischen* Shirt *und* Shift *unterscheiden. Das Negligé oder der Morgenanzug der Frauen in ihrem Hause bestand, wie man aus vielen Stellen des Ovid und Properz sieht, blofs in einem solchen Hemde, welches, wenn es sehr eng anlag, nicht einmal gegürtet zu werden brauchte* (vacat zonae tormentum, *sagt der Kirchenvater Tertullian de pallio, wo Salmas. die Sache gelehrt erläutert. S.* 381. *f. ed. pr.). Doch konnte es durch seine Länge leicht beschwerlich werden, und darum wurde es wenigstens so lange, bis man die eigentliche Tunika darüber zog, mit einem Gürtelbande (semizona) zusammen gehalten.*

V. 510. *Flammarii*] Edd. vett. et Mss. Camerar. et Langg. Palatinique omnes *flammarii;* alii: *flamarii.* Vulgo, *flammearii.* Itemque habet Nonius p. 795, 10. et 790, 19. *carinarii*] Dousa conjecit: *caltularii.* Alterum habent omnes Mss. Pius et Lambinus ediderunt: *cerinarii.* Unus Ms. Lambini: *caltularii*, nisi librum Msum. Nonii intelligi vult. Nonius autem p. 790, 19. citat: carinarii. At p. 795, 11. citat: *coriarii.* Epidici loco mox laudando Mss. omnes habent *garinum* i. e. carinum. Lambinus: *Cerinarii*]

sic legendum esse omnium primus vidit Baptista Pius, quem secutus est Adr. Turnebus. Cerinum autem genus vestis muliebris. Plautus in Epid. [2, 2, 49.]

Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum; gerrae maxumae.

Cerinum, inquit Nonius, [p. 794, 44.] *a cerae colore.* Unus liber Ms. [Nonii an Plauti?] habet *calthularii.* Calthula autem a colore calthae dicta... Omnino *cerinarii* magis placet. Ovid. 3 A. A. [184.] *Et sua velleribus nomina cera dedit.* — Utrumvis praeferas, eadem vox, eademque vis vocis est, sed quoniam prior in *cera* producitur, vox praecedens: *violarii* erit quadrisyllabe efferenda.

V. 511. *manulearii*] suspicatur Gruterus, e ductu Mssorum legendum esse: *mantiliarii.* Sed alterum in omnibus et Mss. et edd. est. Pareus legit: *mantilearii.*

murobrecharii] Vulgo, *murobathrarii.* Turneb. adv. 6, 24. conjecit: *aromatarii.* Veram lectionem habere videtur Vet. Cod. Meursii, non Ms. liber eius, quod falso passim indicat Bothe. Is fert *myrobrecharii*, graecam vocem, pro qua e more Plauti scribitur *murobrecharii.* Eam lectionem jam habet ed. Argent. a. 1514. Alii libri *mirobrecharii*, *mirobrecarii* et *merobrecarii.* Mss. Camer. et Pall. 5. *murobatharii.* Palmer. spicil. p. 881. legit: *malobathrarii.* Langg. *murobanarii.* Alii Langg. *cinobatrarii.*

V. 512. *propolae*] v. Taubm. ad h. v.

V. 513. *sutores*] Quidam Mss. *Sedentarii sutates.* Vet. Cod. initio habuit *sutares.*

diabathrarii] Mss. Cam. et Pall. *diobathrarii.*

V. 514. *molochinarii*] Nonius p. 793, 44. *Melochinum a graeco color est flori similis malvae. Caecil. Pausimach. Carbasina, molochina, ampelina. Plautus Aululuria Infectores molochini coloris* molochinarios *appellavit.*

V. 515. *ciniflones*] Vulgo, *fullones.* Sed hi jam v. 508. memorati sunt. Alterum, quod Vet. Cod.

Meurs. supra v. 509. habet, recepi h. l., secutus Bothium. v Heindorf. ad Horat. 1. satyr. 2, 97. et Böttiger. *Sabin.* p. 124.

V. 516. *strophiarii*] Böttiger. *Sabin.* p. 162 et 172. et 376.

V. 517. *Jam hosce* — 518. *Trecenti*] Nonius p. 626, 32. *Cedere, incedere. Plaut. Aulular.* In hoste absolutus cedis. Cedunt, petunt. *Varro Parmen. Cedit velocibus juvenis membris, nitidus oleo.* Acidalius:

Jam hosce absolutos censeas: eccedum, petunt
Trecenti; circumstant phylacistae in atriis.

Quamquam non prorsus damnat illud *petunt.* Gronovius:

Jam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt.
Treceni cum stant phylacistae in atriis,
Textores, limbolarii, arcularii ducuntur: datur
Aes. jam hosce absolutos censeas,
Cum incedunt infectores crocotarii;
Aut aliqua mala crux semper est, quae aliquid petat.

Aldus:

Jam hosce absolutos censeas, cedunt, petunt,
Trecenti constant phylacistae in atriis.
Textores, limbolarii, arcularii,
Ducuntur, datur aes. jam hosce absolutos censeas,
Quom incedunt infectores crocotularii,
Aut aliqua mala crux semper est, quae petat.

Camerarius jam eadem, quae postea Gronovius, ediderat. Mss. Lang. *treceni.* Praeter Aldum etiam Junta habet *crocotularii.* Nonius p. 793, 53. *Caltulam et Crocotulam utrumque a generibus florum translatum a caltha et a croco. Virgil. Bucol.* [2, 50.] *mollia luteola pingit vaccinia caltha. Plautus Epid.* [2, 2, 47.]

Indusiatam, patagiatam, caltulam aut crocotulam.

Novius Pedio:

Mollicinam, crocotam, chiridotam, ricam, ricinium.

Naevius Lycurgo:

Pallis, patagiis, crocotis, malatiis, mortualibus.

Sed caltulam Varro de vita populi Romani libr. 1. palliolum breve voluit haberi. Turneb. adv. 14, 5. Quos dicit phylacistas, ait, adstare in atriis, artifices intelligit in atriis exspectantes, vel manupretium vel mercis mercedem flagitantes, qui quod in atriis diutius exspectant et morantur, custodes et phylacistae adpositi videntur. — Ibidem v. de carinariis. Bothe ita h. l. edidit:

Strophiarii stant, stant Semizonarii.
Jam hosce absolutos censeas: cedunt, petunt
Treceni, constant, stant phylacistae in atriis,
Textores, limbularii, arcularii.
Ducuntur; datur aes. Jam absolutos censeas:
Quom incedit infector crocotularius,
Aut aliqua mala crux semper est, quae aliquid petat.

Ubi vulgata in v. 516, *astant, astant* stare poterit, si legeris *semizonarii* ita, ut *semi* unam syllabam efficiat. V. 518. *treceni* recte scriberetur, si quotidie id fieri diceretur. Quod cum cogitari nequeat, retinui vulgatam. *Circumstant* de conjectura Acidalii dedi, et comma delevi post *atriis*, interpretationem Turnebi secutus. Malui autem v. 520 et 521. lacunas esse statuere, quam cum Bothio quae supersunt verba in justos plenosque versus contorquere, temere immutata vulgata omnium librorum scriptione. Quot autem locis versus vel toti, vel partes versuum exciderint, ubi non putares quidquam deesse, ex Ambrosiano illo codice Maii nuper didicimus. Quod ne hic quoque factum sit, valde vereor. Certe verba *ducuntur: datur aes* Mss. Cam. et Pall. 5. habent; quamquam *ducuntur* non est in vett. et obliteratum est in Pal. 6. V. 521. alii habent: *jamque hos.* Sed Mss. Langg. *jam hosce.* Iidem libri v. 523. *Semper crux*, inverso ordine. Iidem v. 519. *lymbuarii.* V. Cod. Cam. *linbuarii.* Pall. *limbuarii.* Nonius p. 790, 14. *limborarii.* V. 522. Bothe dedit: *Crocotularius;* ego huc recepi, metri causa, vocem *calthularii*, quam v. 510. Ms. quidam Nonii, ni fallor, habet

pro *carinarii*, quamquam etiam Nonius p. 795, 8. habet h. l. *crocotarii*. v. Böttiger. Sabin. p. 360. et 370. Nonii scripturam *limborarii* praefert Gulielm. Aulul. c. 7. derivans illam vocem a *limbus* et *ora*.

V. 524. *Compellem*] Vulgo, *compellarem*. Correxit Acidalius.

V. 526. *nugigerulis*] Ms. Camerar, et Pall. 4. et prima editio Merulae. At *nugivendis* ex editione Merulae altera, et vett. et Mss. Pall. 3 et 5. praetulit Lambinus. Eam scripturam Nonius quoque praebet p. 566, 9. et est fortasse praeferenda.

V. 527. *cedit miles*] Ita Mss. Lang. Male Camerar. *redit miles*. Dousa centur. Plaut. p. 85. Sed enim, ait, mirari possit aliquis, quidnam cum dotatis matronis negotii intercedat homini militari, nisi omnem rem hanc planam jam antea omnibus suo indicio fecisset Varro 4. de l. l. [p. 44. ed. *H. St. Tributum dictum a tribubus, quod ea pecunia, quae a populo imperata erat, tributim a singulis pro portione census exigebatur. Ab hoc ea quae adsignata erat, Adtributum dictum. Ab eo quoque quibus adtributa erat pecunia, ut militi reddant, Tribuni aerarii dicti. Id quod adtributum erat, aes militare. Hoc est, quod ait Plautus:* Cedit miles, aes petit. *Et hinc dicuntur milites aerarii, ab aere, quod stipendia facerent. Hoc ipsum stipendium ab stipe dictum, quod aes quoque stipem dicebant.* etc.] Qui si cui non sat idoneus ad plenam huius loci declarationem explanator videbitur, eum vero ad Epidicum se conferre melius fuerit, [act. 2, 2, 39. quem locum primum ita adscribam, ut Dousa legit, deinde ut ego refinxi:]

Quasi non fundis exornatae multae incedant per vias;
At tributus quum imperatus est, potesse pendi negant.
Illis, quibus tributus major penditur, pendi potest.

[Ego quidem ita totum locum scribo:

Per. Quíd erat induta? án regillam indúculam, an mendículam,

Impluviatam? ut ístae faciunt véstimentis nómina.
Ep. Utne impluvium indúta eat? *Per.* quid ístuc est mirábile?
Quási non fundis éxornatae múltae incedant pér vias:
At tributus cum ímperatus ést, negant, pendí potesse.
Illis, quibus tribútus maior pénditur, pendí potest.
Quíd istae, quae vestí quotannis nómina inveniúnt nova:
Túnicam rallam, túnicam spissam, línteolum caesícium,
Indusiatam, pátagiatam, cáltulam aut crocótulam,
Súpparum, aut submínium, ricam, básilicum aut exóticum,
Cumátile aut plumátile,
Gárinum aut gérinum. Máxumae gérrae!
Caní quoque etiam adémtumst nomen. *Ep.* quí? *Per.* vocant Lacónicum.
Haéc vocabula aúctiones súbigunt, ut faciánt viri.
Quín tu, ut occoepísti, loquere.

Quorum versuum initio cum scriberetur:

Per. Quid erat induta, an regillam, induculam an mendiculam?
Ep. Impluviatam, ut istae faciunt vestimentis nomina.
Ut in impluvium induta erat;

Acidal. Divin. Plaut. p. 175. ita emendavit:

Per. Quid erat induta? an regillam induculam, an mendiculam,
An impluviatam? ut istae faciunt vestimentis nomina.
Ep. Utin' impluvium induta eat? *Per.* quid autem istuc mirabile est?
Quasi non fundis exornatae multae incedant per vias.

Sed versus 2. una syllaba abundat, et v. 3. non potest in *uti* altera syllaba non produci, quo facto in trochaico versu pro trochaeo legitur bacchiacus. Personas mihi recte collocasse videtur. Sensum horum verborum idem recte explicat: Quaerebat, ait, senex de pluribus vestium generibus, quibus tam varia et ridicula imponeret nomina luxuriosus iste sexus; an aliquod horum amica fuisset induta filii sui. Inibi cum postremo nominasset *impluviatam*, servus inde joci occasionem arripiens mirabundus interrogat, fierine possit, ut impluvium induta aliqua eat vel incedat? Respondet ille, nihil istuc mirabile de impluvio, cum totos fundos quaedam corpore suo fe-

rant: elegantissime perstringens vestiariam ambitionem et sumtus incredibiles, qui fundorum pretia ducant, imo patrimoniorum vires et census ipsos aequent: Id quod Ovidius etiam et Propertius saeculo suo conqueruntur, quid facturi omnes, si hoc nostro reviviscant? Propert. 3. eleg. 11, [11 s. 13, 11.]

Matrona incedit census induta nepotum,
Et spolia opprobrii nostra per ora trahit.

Ovidius aeque 3. A. A. [169]

Quid de veste loquar? non jam segmenta requiro,
Nec quae bis Tyrio murice lana rubet.
Cum tot prodierint pretio leviore colores:
Quis furor est census corpore ferre suos?

Recte hoc, pergit Acidalius, emendatum nemo dubitabit, et est omnino senis oratio sequens tota de ineptiis mulicbribus in vestitu, non servi, contra veteres libros: qui tamen audiendi deinceps fortasse, cum quem versum Epidico nostri adscribunt,

Haec vocabula auctiones subigunt, ut faciant viri,

dant Periphani contra, qui pulchre stomachationem hanc sic concludat, et ab ea rediens ad rem persequi jam servum jubeat et a diverticulo repetere coeptam ante narrationem. — Vers. 11. et seqq. vulgo in unum collectos ita legunt:

Cumatile aut plumatile, cerinum aut melinum; gerrae maxumae!

Ut quidem verba nunc sunt, aliis, quam edidi, numeris incedere non possunt. V. 11. est clausula jambica, qualis trochaicos numeros sequi solet. V. 12. continet creticos rhythmos. V. 13. est jambicus. De lectione verborum *garinum aut gerinum* altercatio est. Bothe ita edidit:

Cumatile aut plumatile, cerinum aut gerrinum. Gerrae maximae!

In quibus verbis qui numeri lateant, equidem nescio: Mss. Cam. Palatt. et Lang. *garinum aut gerrinum*: *gerrae maximae*. In cod. Anglico, teste H. Pontano

erat: *aut gerinum*, hoc quidem rectius, quam in ceteris libris, una *r*. Quae mea de his verbis sententia sit, paucis exponam. A *cera*, quae dorice est *caros*, ducuntur *carinos* et *cerinos* (gerinos). Probatum est autem a Schneidero Gr. lat. 1, 1. p. 231. et 244. sqq., literae *C* non fuisse eum sonum, quem nunc habet ore latine loquentium, sed sonum literae K. Jam Plautus putandus est, jocum captans, propter illud: *gerrae* non semel dixisse *carinum*, ut solet, sed *gerinum* etiam propter soni huius vocis cum voce *gerrae* similitudinem, ut verborum lusus et paronomasia exiret. Hinc quoque patet, *gerinum* una *r* recte legi. Ceterum de fundis illis, quos mulieres indutas ingredi dicit, plura exempla adtulit Acidal. in addendis ad Divin. Plaut. p. 559. sq. Pergit Dousa: Ad superiora porro Varronis verba pertinet et locus iste Livianus 1, [43.] *Ad equos emendos dena millia aeris ex publico data: et quibus equos alerent, viduae adtributae, quae bina millia aeris in annos singulos penderent. Haec omnia in dites a pauperibus inclinata onera.* [Sed videtur Dousa confudisse instituta regum cum eis, quae Varro in mente habuit serioris aetatis. V. Wachsmuth. *Röm. Gesch.* p. 237. not.]

V. 529. *Impransus miles*] Langg. *miles impransus*.

V. 531. *Etiam — argentario*] Mss. Cam. *Etiam plus ipsus ultro debes argentario*. Itidem habent Mss. Pall. 5. et edd. ante Camerarium, in cuius editione non extat errato typographi. Ut versus constet, potest retineri *ipsus*, deleri autem *plus*, quam rationem inierunt Lamb. et Bothe.

V. 532. *Pro — uxorio*] H. v. non legitur in Mss. Plauti, et ne in edd. quidem, sed eum retulit huc e Nonii p. 788, 11. sumtum Gulielm. Aulul. c. 5., cui adstipulatur Osann. anall. crit. p. 195. conferri jubens auctorem or. de harusp. respons. 21, 44. Acidalius alio loco h. v. et paulo quidem superius reponit:

Ubi nugigerulis res soluta est omnibus,
Pro illis crocotis, strophiis, sumtu uxorio:
Ibi ad postremum cedit miles, aes petit.

Hic quidem, ait, si non aptior locus; at aeque aptus usque eo, ut ambiguam faciat alterius possessionem. Quid? quod nihil ad argentarium, quibus pro rebus illi debeatur? ad nugigerulos autem facit valide, quod ita contemtim ait: *pro illis crocotis.* — Sed solebant Romani debita non solvere ex arca, sed de mensis argentariorum, apud quos pecuniam collocatam habebant, per attributionem. Quare recte hic dicuntur debere argentariis, non nugivendis pro illis sumtibus uxoriis. V. Schütz. ind. latinitat. Cic. s. v. *perscribere.*

V. 534. *Haec*] Langg. Monac. *hae.*

V. 537. *Dotatae*] Nonius p. 678, 10. vitiose citat: Do date mactantem malo et damno viros.

V. 538. *quid agis*] Vulgo, *quid ais.* Vett. *quid agitur.* Sequor Acidalium.

V. 539. *audi*] Nonius p. 739, 55. citat: Nimium libenter edi sermonem tuum. Acidalius legit *odi* i. e. audii s. audi. Et id ipsum edd. ante Camerar. habent. Mss. Plauti *audivi.* Ms. Cam. *di*, unde corrector fecit *edi.* v. Dous. cent. Plaut. p. 86. sq. Etiam Sambuci Ms., teste Meursio exercc. crit. p. 1. p. 44. habebat: *audivi.*

V. 540. *Ain — E tamen* — 541. *Meo quidem animo*] Vulgo,

Meg. Ain? audivisti? *Eucl.* usque a principio omnia. *Meg.* tamen
E meo quidem animo etc.

Vet. Cod. Camer. *ain? audivisti?* Versus causa dedi: *audisti*, et *e* transposui in vers. praecedentem. Sed *e* non est in Mss. Lang. et Helmst. Eiecit etiam Gulielm. Aulul. c. 5. Acidalius:

Meg. An audisti? *Eucl.* usque a principio omnia. *Meg.* et tamen
Meo quidem animo etc.

V. ad v. 297. Mox vulgo legitur in omnibus et Mss. et edd. *aliquanto facias rectius.* Metri causa pro *aliquanto* scripsi *paulo.*

V. 542. *filiai*] scripsi pro *filiae* Mss. Lang. *si es filiae nuptiis.* Acidalius defendit vulgatam aetate sua lectionem:

Si nitidior sies in filiae nuptiis.

V. 543. *Prae re — prae copia*] Vulgo, *pro — pro.* Emendavit Sciopp. susp. lect. p. 182. Mss. Lang. *et pro copia gloriam.* Mox iidem libri: *meminerunt*, et v. 547. 48. alii Langg. *ut sit. plus*, alii *ut siet plus*, et *tibi* ante *sospitent* omittunt.

V. 547. *Imo est*] Versus uno jambo ad plenum metrum minus habet. Gruterus conjecit: *Imo est, imo est.* Edd. quaedam recentiores: *Imo est diu et Di* etc. Sed illud *diu* in nullo vetere est.

V. 549. *Illuc — nunc habes*] Ante Meursium l. l. non legebatur in edd. h. v. Is eum inseruit e codd. vett., in quorum numero est etiam ed. Colon., qua usus Acidalius est. Extat etiam in Vet. Cod. Cam., teste Parco, inseri eum jussit Rittersh., et inseruit editioni suae Gruterus. Mss. omnes Pall. *non placet*; *quod nunc habes.* Itidemque habent edd. ante Lamb. et Camer., quae omnes h. v. habent.

V. 550. *Tam hic scit*] Ms. Camer. et ed. Brix. *Tam hoc scit.* Sed *hic* vett. habent.

V. 551. *solum e senatu evocas*] Mss. Lang.

V. 552. *Pol — quid est?*] Vulgo,

Eucl. Pol ego te ut accusem merito meditabar. *Meg.* Quid est?

Acidalius conjecit:

Eucl. Pol ego ut te accusem meditor. *Meg.* Mene tu? quid est?

Neque puto, ipsum Plautum melius dicturum fuisse, quam haec sunt. Sed tamen vulgata retinenda, quae ne ipsa quidem habet, quod reprehendatur. Vet. Cod. Cam. *accussem.*

V. 555. *intromisti*] Mss. Pall. Langg. et vett. *intromisisti*. Sequor Acidalium. Alii *immisisti*. Iidem libri: *in aedibus*. v. ad v. 98.

V. 557. *Quos si Argus*] Priscian. 6. p. 686. citat: Quod si Argus servet, qui oculeus totus fuit, quem quondam Joni Juno custodem addidit. — *Joni Juno* etiam Mss. Lang. Osann. anall. crit. p. 196. „Fragmento Aulul. 9. apud Nonium p. 487, 16. [*Mercer.* et ex ed. *Gothofr.* p. 758, 35.]

Hic quidam pervicus custodem addidit,

ex adverso est Aulul. 3, 6, 20.

Quem quondam Joni Juno custodem addidit,

unde Mercerus Nonio versum ita ut in Plauti membranis legitur, perperam intulit: Nonii citatio certe arguit hunc Aululariae locum olim diverso modo circumlatum esse. Servius ad Aen. 10, 199. *Jonis* citat: illud tamen propter eamdem structuram in Mil. 2, 6, 69. praestat, etiam a Prisciano [l. l.] ex Attii Jone, loco ibi laudato confirmatum. Ceterum ex Nonii citatione versus in Aulul. suppos. 1. irrepsit, loco tam inepto ut eum ibi existimem ejiciendum.“ Ex fragm. Aululariae ap. Nonium hoc non patet, locum quem nunc tractamus olim diverso modo circumlatum esse, quia comoediam integram non habemus, et alio loco sedes eius fragm. videtur fuisse. Quin etiam alia fragmenta eiusdem fabulae a Nonio citantur, quae nunc in illa nuspiam reperiuntur, velut p. 551, 40. Qui mihi olera cruda ponunt, halec danunt. et alibi. V. Both. in ed. Plauti t. 2. p. 422. tum p. 553, 55. *Gothofr. Ibi ut piscabar, fuscina ici vidulum.* quod fragm. Bothe p. 442. posuit inter fragmenta Vidulariae.

V. 560. *interbibere*] v. ad Trin. v. 531. Donat. ad Ter. Eun. 1, 1, 35. et Taubm. ad h. l.

Scatat] Mss. Cam. et Pall. 2. *scatet*, quod et Gulielm. Aulul. c. 5. et Acidalius praeferunt. Mss. Lang. *scateat*. Ego cum Lambino et Turnebo adv. 3, 12. conjunctivum malim, quamquam Turn. legit ad analogiam verbi *edim* et aliorum verborum *scatit*. v. me ad Trucul. v. 69.

V. 561. *Pirenam*] Turneb. adv. 3, 12. primus h. l. constituit e Donati comm. ad Ter. l. l., ubi h. l. Plauti citat. Mss. fere *Corinthiensem fontem et Pireneum*, neque aliter Merulae ed altera. At prima: *Corinthiensem fontem Pyreneа potest.* Ed. Brix. et Aldi: *Corinthiensem fontem pyrenem potest.* Camerarius expressit lectionem Mssorum. Mos Plauti flagitat, ut scribatur *Pirenam.*

V. 562. *Tum obsonium autem*] Acidalius legit, continenter omnia Euclioni tribuens:

Tum obsonium autem pol vel legioni sat est.
Etiam agnum misti, quo quidem agno sat scio Magis etc.

Ego vulgatam retinui. V. ad Trinum. v. 511. Vett. et Mss. Pall et Lang. *leoni*. Hi tamen *autem vel leoni*, addito *vel*, omisso *pol.*

V. 564. *Curionem*] Vulgo, *curiosam*. Emendavit Bothe. Alterum enim rectum esse, arguit interrogatio Megadori. Festus p. 276, 7. *Gothofr.* Curionem agnum *Plautus pro macro dixit, quasi cura macruisset.* Nonius p. 532, 11. *Curio, curiosus. Plautus Aulularia:* Volo scire ego ex te, qui sit agnus curio et rursus p. 740, 13. *Belluam indifferenter posuit auctoritas veterum. Plautus Aulularia:* In quo quidem agnoscat scio, magis nusquam curiosam esse ullam belluam. Hinc mihi minus recte Gulielm. Veris. 3, 8. adnotasse videtur haec ad Nonium in v. *Carie* p. 494, 46. ad fragm. Afranii in Privigno:

Nemo illa vivit carie cariosior:

„Rectius Ms. *Curiosior.* Curiosi, vulgi dicterium in graciles et macilentos, quasi ei curis semet conficiant et macerent,“ ubi addit h. l. Plauti, ubi jam *curio-*

nem lego. Ceterum *volo ego ex te scire* etiam Mss. Lang., cum alii edidissent: *volo ex ted ego scire.*

566. *Qui — macet*] Nonius p. 771. init. citat: Qui ossa ac pellis totus est: ita cura macet. Mss. Lang. *ossa ac pellis.* Alii: *quia ossa ac pellis.* Omnes Mss. *ita cura macet*, dum alii ediderunt: *crura macet.*

V. 567. *exta inspicere in sole*] Vet. Cod. Cam. *solee vivo.* Pall. *et vivo.* Langg. *sole vivo.*

V. 569. *conduxi.* V. 570. *loces*] Nonius p. 539, 53. citat: Caedendum conduxi ego illum. Mox Codd. Langg. *optumst.* Lambinus pro *conduxi* vult legi: *locavi* v. quae adnotavi ad Trin. v. 845. Abire videtur ab illis, quae eo loco dixi de usu horum verborum, Plautus Pers. 1, 3, 80.

Abs chorago sumito,
Dare debet: (*ornamenta*) praebenda aediles locaverunt,

ut putes, *locare* h. l. esse cum sensu verbi *conducere* adhibitum. Sed videtur tantum. Est enim vertendum: *die Aedilen haben die Lieferung von der Garderobe verdungen*, non ita: *sie haben sich die Garderobe liefern lassen.* Quanquam eodem redit sensus. Similis est ratio, qua Varro de R. R. 2. praef. voce *locare* usus est: *Igitur quod nunc intra murum fere patres familiae corripserunt, relictis falce et aratro, et manus movere maluerunt in theatro ac circo, quam in segetibus ac vinetis; frumentum locamus qui nobis advehat ex Africa et Sardinia.* Hic item exspectes: *conducimus* i. e. *wir dingen*, non: *wir verdingen.* Non enim is dicitur *locare* operam, qui opera advectoris utitur, sed *conducere:* nec dicitur advector operam *conducere*, sed *locare. Der Fuhrmann verdingt sich: der Bezahlende dingt den Arbeiter.* Sed recte quod ad h. l. Varronis attinet, Gesner. in thes. l. l. s. v. *locare* adnotavit: idem esse, ac si Varro dixisset: *frumentum advehendum locamus*, in quo nihil esset insoliti. Idque nos diceremus: *Wir verdingen den Transport von Getraide.* Conf. Gesner. s. v. *conducere.* et Rost. d. locat. cond. p. X.

V. 572. *Non potem ego quidem hercule*] Mss. Lang. *quidem hercle.* Bothe scripsit *hercule* vitandi hiatus causa, quod probatur Osanno anall. crit. p. 114.

V. 575. *Si vivo*] Ed. Paris. *madidum sed vino probe*, quod in plures edd. migravit. Ms. Camer. *madidum si vivo probe: Tibi cui decretum est. Vivo* tamen ibi est a manu secunda. *Si vivo probe* habent etiam Pall. 8. (i. e. septem Gruteri et alter Cam.) 3 Bothiani, omnes edd., et in his ed. Camerar., teste Pareo. Mss. Lang. *madidum vino probe*, et: *te cui concreditust.* — Solennis nostro formula: *si vivo* de iis qui aliquid se facturos certo pollicentur. Exempla attulit Pareus anall. Plaut. p. 193. Cas. 1, 1, 28. *quot te modis, si vivo, habebo in nuptiis?* Mostell. 5, 2, 62. *cuius ego ludificabo corium, si vivo, probe.* Menaechm. 5, 5, 5. *quem ego hominem, si quidem vivo, vita evolvam sua.* Rud. 3, 4, 39. *Jam tanta esset, si vivit, scio.* (Sed hoc quidem exemplum ab hac re alienum est.) Bacch 4, 5, 6. *Versabo ego illum hodie, si vivo, probe.* Ter. Andr. 5, 2, 25. *Age nunc iam; ego pol hodie, si vivo, tibi ostendam.* Eunuch. 5, 5, 20. *Ego te, furcifer, si vivo!* Heaut. 5, 1, 45. *At nae illud haud inultum, si vivo, ferent.* Ibid. v. 77. *ego nae, si vivo, adeo exornatum dabo.* — Vet. Cod. Meurs. *Tibi an decretum est bibere aquam.* Recte habet lectio Msi. Camerar. *Tibi cui*, et in *tibi* attractionis quoddam genus est, contrarium illi quod apud Graecos in usu est, qui pronomen relativum demonstrativi omissi casu ponunt. Epid. 3, 1, 8.

Quid illum ferre vis? qui, tibi quoi divitiae domi maximae
Sunt, is numum nullum habes, nec sodali tuo in te copia est.

Curcul. 2, 2, 17. legendum cum Acidalio divin. Plautin. p. 111.

Namque incubare satius te fuerat Jovi,
Tibi cui auxilium in jurejurando fuit.

V. 577. *deponat*] Citat h. v. Nonius p. 643. init. Deponere aliquem vino est: vino ita madidum reddere, ut deponat caput i. e. obdormiscat. V. Turneb. adv. 18, 27. et Casaubon. lectt. Theocrit. p. 55. ed. *Reisk.* et Taubm. ad h. l.

V. 581. *lavatum*] v. Gulielm. Aulul. c. 5.

V. 584. *factu*] Mss. Lang. *facto.*

V. 585. *Aula*] Vulgo, *Aulam.* Bothe ex sententia Meursii exercc. crit. c. 4. edidit:

Nunc hoc mihi factu optumum est, ut auferam
Ted, Aula, in Fidei fanum: ibi te abstrudam probe.

Ibi te Monac. Vulgo *te* omittitur. *Aulam in fidei* habent omnes Mss. V. Davis. ad Cic. 2. leg. 16.

V. 587. *immutassis*] Vulgo, *in me mutassis.* Emendavit Acidalius.

ACTUS IV. SCENA I.

V. 589. *facinus*] Citat partem priorem huius versus Nonius p. 660, 39. Mss. fere *quod ego persequor.* Nam alii ediderunt: *prosequor.*

V. 590. *Nam qui hero* — 592. *habeat sibi*] Hos verss. transposui, nam vulgo hoc ordine leguntur:

Hoc est servi facinus frugi, facere quod ego persequor:
Nec morae molestiaeque imperium herile habeat sibi.
Nam qui hero ex sententia servire servus postulat,
In herum matura, in se sera condecet capessere.

Horum verss. primum (590.) citat Nonius p. 696, 51. et versum 591. p. 635, 57. nulla cum discrepantia verborum. Mss. Langg. *erile,* et *ero,* et *erum.* Mox iidem *si dormitet.*

V. 596. *non eum*] Iidem libri: *non enim.*

V. 597. *Quasi puer* — 601. — *oculi sciant*] Mss. Lang. *quasi pueri qui*, mox *ero censeo*, omisso *aequum*, mox *ut tollat*, mox *ut quid in eos oculi siant* pro: *ut quod frons velit, oculi sciant.* Alii Langianorum: *quidnam os velit, oculi sciant.* Eodem loco Ms. Camerar. *sirpea.* Deinde *induitur* Donatus, qui citat h. l. ad Ter. Andr. 5, 4, 38. et Ms. Camerar. a manu secunda. Reliqui Mss. *inducitur.* Idem testatur Pareus, omnes Pall. et Vet. Cod. a manu prima habere: *inducitur.* Porro *pueri* omnes fere Mss. et edd. Recentiores *pueris*, itidemque Pall. 2. *Scirpea rates* apud Donatum l. l. et Festum (cuius locum jam adscribam) quidem in recens edd. et Mss. legitur, sed vett. eorum scriptorum edd. habent: *scirpo ratis.* Deinde *ut nent* Mss. Cam. et Pall. — Omnes autem Mss. et edd. v. 600 mancum habent, ut sit lacuna post *tamquam*, quam explere tentavit Lambinus, addens: *tamquam catapirates maris.* Est autem, teste Isidoro, catapirates linea cum massa plumbea, qua maris altitudo tentatur. Bothe h. l. ita edidit:

Quasi pueris qui nare discunt, scirpea induitur ratis:
Ut toleret, ne pessum abeant, et uti facilius moveant manus:
Eodem modo servom ratem esse amanti hero aequom censeo;
Tamque imperium ediscat, ut quod frons velit, oculi sciant.

Tamque pro *tamquam* habet Juntina, quod etiam Salmasio placuit. Pro *frons* Vet. Cod. Camer., teste Pareo, a manu prima habet *on*; alii libri: *non os, non hos, in eos, nam os, nam hos.* Scirpeam illam ratem etiam memorat Horat. 1. Satyr. 4, 120.

Simul ac duraverit aetas
Membra animumque tuum, nabis sine cortice.

ubi Scholiastes Cruquii citat haec verba Plauti: Quasi pueris, qui nare discunt, scirpea induitur ratis, Qui laborent minus, facilius ut nent et moveant manus. Festus p. 129, 28. Quasi pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis. et p. 204, 28. Quasi pueri qui nare discunt, scirpo inducetur ratis et p. 327, prope finem: Qua si pueri, qui nare discunt, scirpea induitur ratis. et p. 428, 20. quasi pueri, qui nare discunt, scirpo inductur ratis. V. Schneider. in lexic. gr. s. v. ἰίψ.

V. 609. *ego et huc et*] ita omnes Mss. Palatt. et Langg. Alii aliter ediderunt.

ACTUS IV. SCENA II.

V. 610. *Tu modo* — 611. *situm est*] Hos versus transponi posse, Acidalius quod vult, non nego; sed certe opus non est, neque quidquam eo lucremur.

V. 612. *si qui*] Vulgo, *si quis*. Paulo ante *poleram* Mss. Lang.

V. 615. *ubi arcessat*] Vulgo, *arcessat me*. Sed recte Both. adnotavit, sponsam esse arcessendam, non senem. Perperam, ait, geminatum *me* in *meam*.

V. 616. *etiam nunc, salvam ut aulam abs te auferam*] Mss. Lang. *etiam nunc salvam abs te aulam ut auferam*.

V. 617. *est situm*] Vulgo, *et fano modo est situm*. Sed *modo* non est in edd. Florent. et Colon., at habent illud praeter has omnes Vett. et Mss.

V. 619. *in fano, Fides*] Acid. *in fano Fide*. Ed. Parmensis habet *Fides*. Mss. et edd. plerique: *in fano Fidei*.

V. 620. *fueris*] Mss. Lang. *eris*.

V. 624. *congialem*] Citat h. v. Nonius p. 662, 32. et 791, 25.

ACTUS IV. SCENA III.

V. 626. *ab laeva*] Citat Nonius p. 740, 17. *Crocire cum sit corvorum, Plautus Aulularia cantare eos dixit:* Non temere est, quod corvus cantat nunc mihi ab laeva manu. Taubm. ad h. l. Vanitas Augurum auspicia corvorum fausta a dextra; a laeva infausta jactabat; itaque cum partes mundi ab ortu Auguribus Romanis laevae essent, Horatius scripsit 3. Od. 27, [11.]

Oscinem corvum prece suscitabo
Solis ab ortu,

ut scilicet cantu suo iter institutum dirigat. A dextera autem suadebat corvus, ut Asin. 2, 1, [12.]

Picus et cornix est ab laeva; corvus porro ab dextera;
Consuadent.

Hinc apparet, contrariam in cornice fuisse observationem, quod et a Cicerone scriptum est 1. Divin. [40.] *Cur a dextera corvus, a sinistra cornix faciat ratum*. Sinistra tamen cornix Virgilio [9 Eclog. 15.]

Quod nisi me quacumque novas incidere lites
Ante sinistra cava monuisset ab ilice cornix,

[Alterum, quem Taubm. citat Virgilii versum 1. Eclog. 18.

Saepe sinistra cava praedixit ab ilice cornu

pro spurio versu habet Heyne, quem v. in var. lect. ad h. l.], ubi augurium malum etiam adjuvat arboris vitium. Sed v. Heyn. ad Virgil. posteriorem locum. Sumsit haec Taubm. ex Turn. Adv. 6, 26. Plaut. Epid. 2, 2. init.

St, St, tacete, habete animum bonum, liquido exco foras
Auspicio, avi sinistra.

V. Turneb. 16, 10. et Taubm. ad h. l. collato Pseudol. 2, 4, 71.

Omnes ordines sub signis ducam, legiones meas,
Avi sinistra, auspicio liquido, atque ex sententia.

V. 627. *simul*] Mss. Cam. et Pall. 5. et vett. quaedam: *semel*. Nonius p. 508, 40. *Crocitum propriam corvorum vocem voluerunt. Plautus Aulularia:* Simul radebat pedibus terram et voce crocibat sua. Pro *sua* cum Bothio praetuli *fera*. Eaedem voces confusae apud Ovid. 1. Metam. 159. ubi pro *suae stirpis* Thuaneus Ms. et unus Vossianus habent *ferae stirpis*, quod recepit N. Heinsius.

ACTUS IV. SCENA IV.

V. 630. *Foras, foras*] Nullus vel Ms. vel editus geminat *foras*. Sed *foras* bis legitur in Guelferb., et jam sic ediderat ante Bothium Camerarius.

V. 631. *Qui modo*] Monac. *qui modo nusquam comparebas, modo compares, peris*. Guelferb. *qui non comparebas modo*. Bothe edidit:

Qui nusquam comparebas modo, modo quom compares, peris.

V. 632. *praestigiator*] Ms. Cam. *praestrigiator*. Paulo ante Mss. Langg. *ego pol te*.

V. 635. *etiam rogitas*] *Rogitas* Mss. et vett. Sed Mss. Lang. omittunt *etiam*.

V. 637. *quod tibi abstuleras*] i. e. tuo commodo abstuleras. Acidalius ad Menaechm. p. 262. ad huius fabulae 4, 2, 82.

Palla est mihi domo surrepta. *Men.* palla surrepta est tibi? *Pe.* Viden uti scelestus captat? huic surrepta est, non tibi. Nam profecto tibi surrepta si esset, salva nunc foret.

Germanam, ait Acidalius, Plauti lectionem, ut ego judico, non habemus: igitur nec joci sensum assequimur satis. In particulis *huic* et *tibi* obscuritas, quam discutere possum similibus exemplis; sed non possum sine correctione. Cum enim Plauti argumentationem alibi in iisdem voculis iteratam considero, permutatae hic mihi videntur, et altera supposita alterius loco. Quod si ita restituamus:

Pe. Viden uti scelestus captat? tibi surrepta est, non huic. Nam profecto huic surrepta si esset, salva nunc foret:

facile sit mentem oderari. Sed prius scire et hoc oportet, ad Menaechmum ista parasitum loqui, non eius uxorem: quod praeter sententiam ipsam, quae verbis nunc inest, probat etiam sequens Menaechmi ad illum sermo: *Nihil mihi tecum est.* Sensus autem nunc iste: Cum mirabundus per simulationem quaereret ab uxore maritus, an surrepta ei palla esset, atque ibi particulam *tibi* vocalius extulisset; nequam parasitus, et ubique intentus ad invidiam illi faciendam, cavillatur eam in aliam ex ambiguitate partem a captabundo sic prolatam. Nam torquet *tibi*, quasi sit in tuum usum, vel tuo bono: atque igitur redarguens eum, non huic, inquit, uxori tuae, sed tibi, ut tu loquere, est surrepta: si quidem huic surrepta si esset ista mente, salva scilicet esset. Ita ludere Plautum in ea phrasi, non mirabitur, qui

similia cogitabit loca. Tria nunc eorum mihi in memoria: nec scio, an plura apud eum reperiantur. Simillimus iste Aululariae. Nec dissimilis Capt. [4, 2, 86.]

Heg. Esurire mihi videre. *Erg.* Mihi quidem esurio, non tibi.

Et Pseudolo [4, 1, 23.]

Juppiter te mihi servet. *Sim.* Imo mihi.

V. 638. *Ecquid agis*] Vulgo, *Hem quid agis*. At *haec quid* habuit Vet. Cod. Cam. et Voss. 1. Mss. autem Lang. partim *he ecquid*, partim *ecquid agis*. V. ad v. sq. *Ecquid* etiam Pall. et Gronoviani omnes, praeter Voss. 1.

V. 639. Eucl. *Pone.* Str. *equidem*] Primus Gruterus e Mss. Cam. et Pall. itemque vett. hunc versum reposuit. Vett. totum locum, ex citatione Acidalii, ita repraesentant:

Str. Hem quid agis? *Eucl.* quid agam? auferre non potes. *Str.* quid vis tibi?

Eucl. Pone. *Str.* Dii quidem, pol te datare credo consuetum senex.

Eucl. Pone hoc sis, aufer cavillum: non ego nunc nugas ago.

Horum medium loco pulsum reducit V. Cl., quem dico, sic emendatum: (verba Acidalii sunt)

Eucl. Pone. *Str.* Equidem pol te datare credo consuetum, senex.

Idem ambiguitatem latere ait in verbo *Pone*, quod Euclioni pro verbo enunciatum servus accipiat pro adverbio. De emendatione non valde pugnarim: explicationem penitus non admitto. Latet quidem in eius verbi ambiguitate iocus, non tamen ut adverbium id habeatur, cuius exempla quae dat ille, quid huc faciunt? Utrique verbum est, et ille aulam poni volebat, hic interpretabatur, quasi ponere se ipsum juberet. In hanc mentem legi et alias potest. Bucretius legebat:

Eucl. Pone. *Str.* tibi quidem? pol te datare credo consuetum, senex.

Vel, ut Acidalio placebat ipsi, legi possit nulla fere diversitate, nisi ut *quidem* divideretur, et duabus vocibus *qui dem?* scriberetur. Quasi hoc diceret: qui aut quorsum me vis ponere? utine tibi dem? Verum, pergit Acidalius, quod nunc demum video, trahet utroque modo versus aliquid supra mensuram. Igitur nunc dum accuratius cogo, pressius insistens vestigiis veteris lectionis, ita potius statuo:

Eucl. Pone. *Str.* Dic quid? epol te dare credo consuetum, senex.

Jubet senex aulam, quam nominare non sustinet, ponere: simulat servus non intelligere, quid dicat, et quid ergo poni velit, subdole quaerit, mox e re nata iocum captans obscenitatis insimulat senem, quasi ipse olim impudicus se nunc postulet impudicare. Quem hic ordinem in respondendo etiam servat, et prius quid poni velit, *hoc*, scilicet adhuc innominatum ostendentis indicat gestu, deinde cavillum reiicit et a turpi joco ad rem seriam convorti jubet. — At hunc etiam qui praecedit nescio, ait, an personis recte distinctus sit. Non incommode quidem sic vulgatur:

Str. Hem quid agis? *Eucl.* quid agam? auferre non potes. *Str.* quid vis tibi?

mihi tamen placeat hoc modo magis:

Eucl. at illud quod tibi abstuleras, cedo.
Hem quid agis? *Str.* Quid agam? *Eucl.* auferre non potes. *Str.* quid vis tibi?

Trepido certe seni et omnia suspectanti magis convenerit hoc, *Hem quid agis?* quod in gestu et actione positum est totum. Fortasse Strobilus vel manum ita commovebat, ut magis inter tunicas occultare velle, quidquid esset, quod surripuisse putabatur, vel pedem struere videretur, quasi fugam meditans; cum senex id ipsum aut simile quid suspicatus, quid agat et moliatur, interrogat, illoque quid vellet ignaro, neque strophae dum ullius sibi con-

scio, rursum, quid se putaret agere, quaerente, quidquid agis, inquit, et quocumque aufferre meum cogitas, frustra es, non mitto te manifesto nimis deprehensum. — De formula: *ecquid* ~~*agam*~~ non consentio Acidalio. Habet enim hanc vim: *Nun wirds bald? wirst du's bald herausgeben?* Itaque Euclionis verba sunt.

V. 640. *cavillam*] Mss. Lang. Cam. Pall. omnes et edd. vett. Vulgo, *cavillum*.

V. 641. *Quid ego*] Mss. Lang. *quid ergo*.

V. 643. *Hem tibi.* Eucl. *ostende*] Ita h. l. edidi ex indiciis Msi. Cam. At Helmst. et Pal. 5. *hem tibi ostendo*. Paulo ante Mss. Lang. habent: *non nercle quicquam*, pro: *non hercle equidem quicquam*.

V. 645. *quia non pendes*] haec verba non sunt in Mss. Lang.

V. 646. *Atque*] abest ab iisdem.

V. 648. *Nive adeo abstulisse vellem.* Eucl. *Agedum*] Vulgo, *nive adeo abstulisse vellem. Agedum* etc. Euclionis nomine praefixo ante *nive*. Mss. Cam. et Pall. omnes a prima manu: Eucl. *nive adeo abstulisse vellem. Agedum.* Guelf. et Monac. *minime adeo*.

V. 651. *rursus*] Guelf. — Vulgo, *rursum*.

V. 652. *quin equidem*] omnes Mss. et vett. Sed Langg. omittunt *profero*.

V. 653. *Jam scrutari*] Citat partem huius versus Nonius p. 681, 49. Mox Mss. Lang. *ac nugas. Certe.* omisso *agis*.

V. 655. *id meum quicquid habes*] Iidem libri: *illud quod meum habes*.

V. 656. *penes*] iidem *paenes*.

V. 658. *hic*] Bothe: *hinc*.

V. 659. *perscrutavi*] Nonius p. 664, 46. citat: postremo hunc jam perscrutavi, nihil habet. Vulgo, *iam hunc*.

V. 660. *Juppiter*] Sic Pall. ut edidi. At Ms. Cam. Str. *Juppiter te dique omnes perdant.* Eucl.

haud male agit gratias. — *Omnes* non habent Mss. Lang.

V. 661. *Ibo hinc*] Omnes Mss. et edd. ante Aldum, qui omittit *hinc*. Mss. Lang. *ibi hinc*

V. 662. *cave revideam*] Vulgo, *cave sis te videam*. Mss. Lang. Eucl. *cave sis*. *STROB*. Bothe edidit:

Fugin' hinc ab oculis? abin hinc an non? *Str.* Abeo. *Eucl.* Cave sis revideam.

ut sit versus jambicus.

ACTUS IV. SCENA V.

V. 663. *Ecmortuum*] Monac. *Hec mortuum*. Mss. Lang. *hem mortuum*. Alii eorum: *hei mortuum*. Mox iidem *loeto malo*.

V. 665. *Namque*] Mss. Lang. *nam*. *Jam non* est in libris, ni fallit Pareus.

V. 666. *ecferet*] Mss. Lang. *hoc feret*. Ms. Cam. *hecferet*. Pareus: „*ecferet* docui legendum ex Vet. Cod. et Mss. Pall. ac Lang.“ V. Sciopp. susp. lectt. p. 115.

V. 667. *Atat*] Post h. v. Sciopp. susp. lectt. p. 31. insertum vult fragm., quod legitur apud Nonium p. 673, 7. Sed leno ingreditur foras. Hinc ex occulto sermone satus sublegam. Quod Scioppius ita scribit:

Atat foris crepuit: sed (*vel* et) fano egreditur foras.
Tantisper hic ego ad januam concessero.
Hinc ex occulto sermones satos sublegam.

Ut dicat, ait, *satos sermones*, pro factos. Sed quae est, quaeso, haec locutio: sermones factos sublegam, pro: sermones eius. Ego olim locum ita edere volui:

Atat foris crepuit! e fano egreditur foras.
Hinc ex occulto stans sermonem sublegam.
Tantisper hinc ego ab janua concessero.

Nunc mihi persuasum est, aut hoc fragm. non pertinere ad istam fabulam, (saepe enim Nonius titulo fabularum fallit) aut ad partem fabulae perditam. V. supra ad v. 557. Et *senex eccum aurum ecfert foras* omnes habent Mss.

V. 668. *ab janua*] Vulgo, *hic ego ad januam*. Emendavit Acidalius. Cum enim egrediente sene foris creparet, abeundum inde sibi longius censebat, ne revideretur. Ad fani quidem fores omnis ratio dissuadebat accedere, nisi aliam dicit januam, quod inepte quis argutetur.

ACTUS IV. SCENA VI.

V. 669. *Fide*] Vulgo, *fidei*. V. Aul. Gell. N. A. 9, 14. Mox Mss. Lang. *maxumam*. Charisius 1. p. 40. *Putsch. ut ab hac spe spei, re rei, fide fidei. Quanquam in Aulularia Plautus* fide *dixerit.* et p. 53. extr. *Fides quum chordam significat, huius fidis facit; quum deam huius Fidei, quamvis Plautus dixerit:*

Fide censebam maximam multo fidem,

pro fidei. Nonius p. 508, 45. citat: Fidei censebam maximam multo fidem Esse, ea sublevit os mihi penissume. Priscian. 2. p. 170. *Putsch.* citat: Ea sublevit os mihi plenissime. Mss. Lang. alii *subluit*, alii *sublivit*. Etiam Charisii l. l. quaedam edd. habent: *plenissime*. Idem mendum in Apuleii edd. v. J. Lips. ep. quaestt. 3, 12. Locutio: sublinere os tracta a genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur. Glossa Ms. Pal. 4.

V. 674. *tam duim*] Ante Turn. adv. 6, 26. legebatur:

Nam quod dedit tam diu quam per dium.

Sed *quod edit* jam Mss. Lang. praebuerant. Acidalius ad Stichum p. 483. adnotavit ex Ulpiano, *perdere* et *dare* aequiparari in jure Romano, cum ait, filio familias, cui libera peculii administratio concessa est, non licere donare alteri, quia non in hoc concessa sit, *ut perdat.* conf. Stich. 4, 1, 70.

V. 676. *lucus*] Nonius p. 707, 23. Silvani locus extra murum est avius, creber salictis oppletus, ibi sumam locum. Ms. Camer. *lacus*. Teste Pareo etiam alii Mss. id habuerunt.

V. 678. *Fide*] Vulgo hic quoque *fidei*. Paulo ante Mss. Lang. *certust*.

V. 679. *Euge, euge*] Mss. omnes et edd. *fuge, fuge*.

V. 680. *aliquam in arborem*] Mss. Lang. omittunt. *in*. Mox *certust* iidem.

ACTUS IV. SCENA VII.

V. 683. *juxta*] Citat h. v. Nonius p. 662, 11.

V. 684. *nunc*] non habent Mss. Lang.

V. 685. *Resecroque*] Mss. Lang. *Re obsecroque mater, quod dudum obsecraveram*. Ms. Pal. 5. item *reobsecroque*. Male hic versus legitur uno versu post, vulgo et in libris Mss. Sed Langg. utroque loco habent. Citat eum Festus p. 406, 24. V. Turneb. adv. 18, 25. et Pithoe. adv. 1, 10. p. 755. thes. crit. Gruter. t. 2., qui recte explodit ab Camerario editum verbum *refero*. Obtestatus, Turnebus ait, erat matrem Lyconides, ne eorum quae ipsi de Euclionis filia aliquando dixerat, apud avunculum mentionem faceret: nunc obsecrationis religione eam absolvit (v. Fest. p. 406, 21.) rogatque, ut cum avunculo de amica colloquatur. — Alio sensu idem verbum legitur in Persa, 1, 1, 49.

Tor. Obsecro te, resecro; operam da hanc mihi fidelem.
Sag. ah, odio me enicas,

ubi sensus est: iterum iterumque obsecro. Apte Gesner. thes. l. l. s. v. comparat Germanorum formulam: *einen vor Gott und hinter Gott bitten*. At Pithoeus ita h. l. explicat: „Toxilus per amicitiam obtestatus erat Sagaristionem, ut mutuo DC nummos daret. Dixerat Sagaristio, nummos se praesentes non habere. Ita obsecrationis religione tenebatur. Resecrat Toxilus, et ea absolvit Sagaristionem, obsecratque, ut saltem operam commodet, quo aliunde possit nummos sumere. Sagaristio tenebatur religione; quia dixerat (v. 34.) Toxilus:

Facere amicum tibi me potis es sempiternum.

Nam haec verba: *potis es* obtestandi et paene dixerim adjurandi vim habent.“

V. 687. *Scis — quae tu velis*] Ante Aldum erat: *Scis tute facta velle aeque tu velis*. Pall. *vellem aeque tu velis*. Pal. 5. *vellem aeque quae tu velis*.

V. 688. *a fratre*] Vet. Cod. Cam. non habet *a*, nec ed. princeps. *Fratri* solum unus alterque Palat. a manu prima. Ceteri *fratre*, aut *a fratre*. Mss. Lang. *confido fratre*. Quod nec ipsum damnandum est, imo fortasse verius.

V. 691. *Egone ut te*] Mss. Lang. *egone te*. Citat h. l. Nonius p. 615, 30.

V. 692. *uterum*] Ms. Camerar. *uterum*, supra scripto: *uterus*. Mss. Lang. *uterum doleo*. Nonius p. 613, 50. non habet *te*.

V. 695. *I hac intro*] Mss. Lang. *ei hac intra*.

V. 696. *Ut istuc — efficiam tibi*] Edd. vett. Mss. Cam. Pall. 3. 4. 5. 6. *ut istuc quod me oras, efficiam tibi, impetratum ab eo auferam*, nisi quod iidem omnes uno versu cuncta includant. At Pall. 1. et 2. non habent illa: *impetratum ab eo auferam*. Camerarianus tamen adhuc omnia illa servat, quae comparent in vulgatis, quae certe supervacua sunt. Gruterus. — Ed. Paris., et uno quidem versu: *ut istuc quod me oras officium tibi impetratum ab eo auferam*, quomodo et Pius se legisse ait in Mss. Et sic uno ductu scribuntur etiam in Ms. Cam., nisi quod pro *officium* exaratum est *efficiam*. Taubm. — Pareus prima ed. ediderat: *Ut istuc quod tu me oras impetratum ab eo avertam*. Ad oram huius vers., Taubm. ait, insignem vanitatem adscripsit:

„Ita Mss. Cam. et Pall. 4.“ At secunda Parei, pergit, expressit: *Ut istuc, quod me oras, efficiam tibi; impetratum ab eo auferam.* Idque ex iisdem Mss., addit Taubm. — His respondet Pareus in anall. p. 197. sq., ubi verba: *impetratum ab eo auferam* interpretamentum esse ait antecedentium: *efficiam tibi.* Certe, ait, Mss. Pall. 1 et 2. non habent *impetratum ab eo auferam.* Mss. Lang. nihil de his duobus verss. habent, nisi haec: *quod me oras efficiam tibi impetratum.* Bothe:

Ut istuc, quod me oras, inpetratum ab eo auferam.

Sciopp. susp. lectt. p. 183. eundem vers. damnat, quem ego uncis includendum curavi. Idem judicium fert d. art. crit. p. 82. Confer laudatos ab Osanno anall. p. 199. qui judicat, utroque versu se prodere manifesta diversae recensionis vestigia. Aldus:

Ut istuc, quod me oras efficiam tibi, impetratum ab eo aufferam.

Camerarius et Gronov. utrumque vers. habent sine uncis.

V. 698. *mater*] Mss. Lang. *mater mea*, omisso *J*, quod recepit Camerarius ex Vet. Cod. suo, qui id habet ex correctione. Mox Cam. et Lang. Mss. *hic opperiri.* Alii aliter.

ACTUS IV. SCENA VIII.

V. 703. *Picis*] Nonius p. 570, 18. citat: Pici divitiis, qui aureos montes colunt, ego solus supero. De picis v. quos laudat Bothius ad h. l. et Turneb. ad Varr. de l. l. p. 114. ed. *H St.* Gronovius: *Pici divitiis*, ubi non habet pluralis relativi *qui*, unde pendeat. Vett. omnes itidem *Pici.* Ms. Cam. *Pĭcis.* Pall. 4 et 6. *Pici.* e correctione. Alii libri *dites*, alii *Picos.* Est autem *Picis* accusativus nominis Pix. v. Hesych. s. v. *Βίκας*, ibiq. interpp. De vocabulo *solus* cum superlativo aut verbo vim superlativi habente dixi ad Truculentum v. 700.

705. *mendicabula*] Citat h. v. Nonius p. 562, 39. Mox Mss. Lang. *multo illuc.*

V. 709. *Indeque ecspectabam*] Mss. Lang. *indeque aspectabam aurum ubi.* Alii Mss. *inde aspectabam.* Vett. *indeque.* Mss. Cam. et Pall. 4. atque alii Mss. *exspectabam.* Pall. 3 et 5. *indeque spectabam.* Alii libri *adspectabam.* Gulielm. Aul. c. 6. praetulit: *indeque aspectabam.* Recte Acidalius tuetur *indeque* modo lecto versu:

Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.

Idem legit *espectabam* i. e. aspectabam, idemque restituit Petronio satyr. 17, 2. ubi v. interpp. V. Acidal. divin. Plaut. p. 80.

V. 710. *me duo*] Vulgo,

Ubi ille abiit, ego me deorsum duco de arbore.

Nonius p. 645, 51. Ubi ille abit, ego me duco deorsum de arbore. Ego recepi emendationem Scioppii susp. lectt. p. 183., nisi quod ordinem verborum secutus sum, qui apud Nonium est. Mss. Lang. *ex arbore.*

V. 711. *inde ex eo loco*] Gulielm. l. l.

Effodio aulam auri plenam; inde exeo, eloco
Video recipere se senem.

Quod tantopere Bothio placuit, ut in textum reciperet.

V. 713. *paulum*] *Me* est in omnibus Mss. *Modo* abest ab omnibus Pall. Pro *modo* quidam Mss. *non.* Langg. non videntur habuisse *paulum.* Bothe:

Nam ego non me declinavi paulum extra viam.

V. 714. *Atat eccum*] Ita omnes Mss. etiam Langg. Editi quidam: *atat senem eccum.*

ACTUS IV. SCENA IX.

V. 715. *Perii* — 728. *pati nequeo*] H. l. tractavit Herm. doctr. metr. p. 411. sqq. Hic ille ipse, ait, locus est, de quo Sisenna in commentario in

Aululariam apud Rufinum p. 2711. scribit: *haec scena anapaestico metro est, sed concisa sunt, ut non intelligas.* Quod si homo Romanus jam ita judicavit, tanto aequiores arbitros nobis fore speramus, quum scenam istam restituere numeris suis conabimur. Sunt autem primi tantum novem versus anapaestici tetrametri, quos sequuntur jambici tres octonarii unusque septenarius: deinde est anapaesticus Aristophaneus, et paroemiacus.

V. 721. *Qui vestitu et creta*] V. omnino Lips. Electt. 1, 13. Ceterum hic locus vulgo alio ordine versuum legitur ita:

Obsecro vos mihi auxilio
Oro, obtestor sitis, et hominem demonstretis, qui eam abstulerit.
Qui vestitu et creta occultant sese, atque sedent, quasi sint frugi.
Quid ais tu? tibi credere certum est; nam esse bonum e vultu cognosco.
Quid est? quid ridetis? novi homines, scio fures esse hic complures.

Transposuit, ut par est, Acidalius p. 81. Mss. Lang. v. 719. habent *et voltu.* v. 720. *hic esse.* Ibidem Ms. Cam. habet: *quid est quod ridetis.* Deinde quod vulgo legitur: *novi homines*, id induxit Gulielm. Aulul. c. 7. Antea enim erat recte: *omnes.* Mirum, ait, si novit ille omnes in cavea. Nihil mutandum. Nos in simili re, ubi quis nobis suspectus sit: *ich kenn euch schon, ich kenn euch alle.* Mox v. 722. Mss. Lang. *di igitur.*

V. 723. *Hei, me miserum*] Omnes Pall. atque edd. et Ms. Cam. *heu me miserum, miserum, perii male perditus: pessime ornatus eo.* In Ms. autem Cam. super *miserum* adscriptum inter lineas est *misere.* Guelf. *me miserum perii.* Mox Mss. Lang. *perditus penissume* versu 725. habent.

V. 724. *Tantum gemiti*] Nonius p. 758, 41. Tantum gemiti mali, moestitiaeque hic dies mihi obtulit. Priscian. 6. p. 712. tantum gemiti et malae moestitiae hic dies mihi obtulit, famem et pauperiem Mss. Lang. *tantum gemiti et malae maestitiae.* Aliae edd. Nonii: *tantum gemitique mali moestitiaeque hic dies.* Mercer. e Mss. edidit: *tantum gemiti mali et moestitiae mihi hic dies obtulit.*

V. 725. *perditus penissume*] Ita Langg. — Gronov. *perditissimus ego sum.* Et ea est lectio Aldi quoque, Camerarii et aliorum.

V. 726. *opust*] Mss. Lang.

V. 727. *Quod custodivi*] Ms. Cam. *quod concustodivi.* Mox libri Bothii *fraudavi.*

V. 729. *pati nequeo*] Meurs. legit *patiri nequeo.* Guelf. *nequeo pāti.*

V. 731. *Euclio — interii*] Pro his Mss. Lang. habent: *Euclio est, oppido sunt res.*

V. 733. *Quid agam — nescio*] *Nescio* non habent Mss. Lang. Bentl. ad Ter. Phorm. 5, 1, 10. h. v. ita adscripsit:

Quid agam? abeam an maneam? adeam an fugiam?

Collato Curcul. 4, 4, 33.

Quid ego faciam? maneam an abeam?

Taubm. edidit:

Quid agam? abeam an maneam? an adeam, an fugiam? quid agam edepol nescio.

Itidemque Gronovius, Aldus et Camer. Bothe:

Nunc mi incertum est,
Abeam an maneam, adeam an fugiam. Quid agam edepol nescio.

Versus mihi videtur esse anapaesticus, et sic paulo immutato ordine verborum legendus esse:

núnc mihi incertum est,
Abeam án maneám? fugiam án adeám? quid agam, édepol néscio.

omissis priore loco: *quid agam?* Interim transpositis modo verbis *fugiam an adeam*, et mutato trochaicho in anapaesticum rhythmo edidi h. v. Aci-

dal. p. 84. servat lectionem Taubmanni, nisi quod *an* ante *adeam* delet.

V. 734. *ego sum, miser*] Vulgo,

Eucl. Quis homo hic loquitur? *Lyc.* Ego sum. *Eucl.* Imo ego sum miser, et misere perditus.
Cui tanta mala moestitudoque obtigit.

Recte ex vett. restituit Acidal. p. 83.

Eucl. Quis homo hic loquitur? *Lyc.* ego sum, miser.
Eucl. imo ego sum et misere perditus.

Nisi quod vett. neque *homo*, neque comma post *sum*, sed *imo ego sum miser*, iterato hoc vocabulo postremo habent. Illud omnino recte, quod vocem *miser* Lyconidi assignant, quam ille certo prior emisit, unde senex excipiens miserum sese potius conqueritur. Conscius sibi Lyconides facinoris sui, trepidansque in adventum senis, apud quem deprecari culpam et volebat et necesse habebat, illo, quis tam prope loqueretur, interrogante, conturbatus jam magis: ego sum, inquit, ego miesr ille; quo audito senex, imo ego sum, scilicet miser neque miser tantum sed et misere perditus omnino. Versum, qualem adscripsi ex vett., habet etiam Aldina. Mss. tamen non agnoscunt illud prius: *miser*.

V. 735. *moestitudo*] Nonius p. 561, 25. Qui tanta mala, moestitudoque obtigit. Ms. Cam. et vett. *moestitudoque*.

V. 738. *Id quod verum est*] Guelferb. *Pol quod verum est*. Mss. Lang. *ego emerui adolescens*. Pall. et vett. *quid ego emerui*. Alii: *quid ego de te merui*, versus supplendi causa.

V. 741. *peccavisse me*] Pall. 2. et vett. aliquot: *me peccavisse*. Mss. Lang. *me culpam*. Alii: *me hanc culpam*. Sequor Bentleium ad Ter. Phorm. 5, 9, 25.

V. 742. *oratum*] Helmst. *exoratum*. Mss. Lang. *oratum venio*.

V. 743. *tuom non esset*] Guelf. et Monac.

V. 744. *illud*] non agnoscunt Langg.

V. 746. *apud me te*] Mss. omnes et edd. *apud te me in nervo*. Acidal. conjecit *ob te*, propter te, tua causa. Sed ipse parum huic conatui tribuit.

V. 749. *Cum istacin*] Sic Vet. Cod. Cam. et ed. princeps, sed divisis syllabis: *cum istac in te*. Vett. *cum istacne te*.

V. 750. *jus est, ut tu istuc*] Mss. Lang. *est, vel istuc*.

V. 751. *Luci claro*] Mss. Pall. et Lang. omnes, itemque edd. *clara*. Nonius p. 602, 42. *Lux... Masculin. Plaut. Aulul.* Luce claro diripiamus aurum matronis palam. Ibique alia exempla allata reperias. Scribendum *luci*. V. Bentl. ad Ter. Ad. 5, 3, 55.

V. 752. *prehensi*] Ms. Cam. et Pal. 3. *prensi* Mox Guelf. *fuerimus*. Mss. Lang. *prensi sumus* Aliquot edd. *simus*.

V. 753. *Nos — vile est*] Mss. Lang. *Non — vil' est*.

V. 755. *venio*] omnes Pall. 7. Gruteri et Mss. Lang. Alii *advento*.

V. 757. *attactam*] Mss. Lang. *tactum*. Alii: *tactam*. V. A. Gell. N. A. 1, 7.

V. 762. *Jam quidem — dicam*] Vulgo,

Eucl. Nisi refers. *Lyc.* quid tibi ego referam? *Eucl.* quod surripuisti meum.
Jam quidem ad praetorem hercle te rapiam, et tibi scribam dicam.

Acidalius recte hos verss. sedem mutare jussit. Monac. *quod tibi surripuisti meum* v. 763. habet. Ex Mss. Lang. ita enotatum legitur: Lyc. *Quid tibi ego referam? quod subrupuisti meum. Jam quidem hercle te ad praetorem rapiam.*] Langg. *ne si ego tibi surrupuisti quidem hercle te ad praetorem.*

V. 764. *surripui*] Vulgo, *surripio*. Et ita habent

Vet. Cod. Cam. et ed. princeps. Ceteri, velut Pall. 6 et Helmst. et Monac. *surripui*, vel *subripui*. Mss. Lang. partim: *surripio ego*, partim: *surripuin ego*. Mox post *nescis* cum Acidalio addidi signum interrogandi.

V. 768. *Pernego* — 769. *Scio nec novi.*] Vulgo ante Acidalium:

Lyc. Pernego, imo neque ego aurum neque ista aula quae siet.
Scio etc.

Recte idem: *istam* vel *istanc aulam*. V. ad Truc. 310. Mss. Langg. *pernego immo nam neque*. Et distinguitur post *imo* etiam in Pall. Ibidem *ex* non agnoscunt Langg. Mox iidem *dimidium*.

V. 771. *Tametsi — refer*] Herald. legit e Ms. *molestus non ero furi: refer.* et sic Pall. quoque et edd. Camerariana priores. Camer. enim e Vet. Cod. emendato a recentioribus substituit:

Tametsi fur mihi es, molestus non ero: i vero, et refer.

Falso Pareum notare arguit Gruterus, in Vet. Cod. initio fuisse *furi*, atque ex interpolatione factum *ivero*, sive *fuero*. Imo, ait, illud *vero* totum est sine correctione, solum prima litera scalpellum passa est, adeo ut verisimile fiat, fuisse initio *fuero*, quomodo erat in Mss. Lang. — Ex his autem ita enotatum: *Tametsi fur mihi es, molestus non ero furi refer*] Langg. *mihi es molestus, non ego fuero, refer.* Alii eorum: *mihi es molestus, non ego furi.* Lectionem Msi Heraldi et Pall. habent etiam Bothiani et vett., velut Ald. Quod ego quoque restitui, deserto Gronovio, qui Camerarium sequitur.

V. 773. *censui, quod ad me*] Ita Mss. At Ms. Herald. *quae ad me adtineat.*

V. 776. *id*] non habent Ms. Cam. Pall. Guelf. Helmst.

V. 777. *indicabis*] Guelf. *indicassis.* Paulo ante edd. mediae: *neque id scis, quis abstulerit.*

V. 778. *indipisces*] Nonius p. 556, 59. citat: Nec partem tibi adeo cui sit indipisces, neque furem excipies. at p. 651, 21. Neque partem ab eo, qui qui est, inde posces, neque furem excipias. Vet. quoque ed. Meurs. *indipisces*. Mss. aliquot Nonii *inde posces*. At tres Bothiani, Pal. 1. *indipisces*. Mss. Lang. *ab eo cuiquam est.*

V. 779. *Quid si fallis — Juppiter*] Vett. *id fallis.* Neque aliter fere Pall., mutatumque in quibusdam in *id si fallis*. Vet. Cod. Cam. *it fallis?* In omnibus his *quid* non legitur. Enotatum e Mss. Lang. Eucl. *id si fallis*] Langg. Eucl. *si fallis.*

V. 780. *quidvis*] Guelf. et Monac. *quodvis.*

V. 781. *genere quo sim*] Langg.

V. 783. *Noscere ex te*] Guelf. Monac. — Vulgo: *Noscere.* Lyc. *filiam ex te tu habes.*

V. 786. *Is nunc me*] Mss. Lang.

V. 787. *Repudium*] Citat Nonius p. 543, 20. sine ulla discrepantia verborum.

V. 790. *benedice nunc, quae*] ita distinctum in Langg.

V. 792. *nunc*] non habent iidem libri.

V. 794. *sese*] Mss. *se.*

V. 795. *si quid ego ted erga*] Vet. Cod. *ut si quid ego erga.* Pall. non habent *si* et variant, partim enim habent *ut quia ego*, ut etiam Junian. Vett. *ut quod ego erga.* Paulo ante Langg. *nullus tam*, omisso *est.*

V. 797. *filiae fecisse*] Langg. Iidem mox: *ei mihi, quod facinus ex te*, et paulo inferius *remisit repudium.*

V. 801. *peperit*] Citat Nonius p. 628, 10. ubi est *decimo.*

V. 803. *exquaere*] Vet. Meurs. et Priscian. 1. p. 561. *Putsch.* qui ita habet: I intro, exquaere

sit ne ita ut ego praedico. Itidemque Pall. 2 et Helmst. Vulgo, *exquire* quod habet etiam Ms. Cam.

V. 805. *rei*] Vet. Cod. Camer. — Vulgo, *veri*. Langg. *viri*. — *Veri* etiam Ms. Cam. At *rei* praeter vett. etiam Guelf. et Pal. 5. Bothe: *verum*.

V. 809. *hunc subsequar*] Mss. Lang. Ex iisdem mox enotatum: *pedisequa nutrice anu: ea rem novit*] Langg. *pedisequa: an vera novit*.

ACTUS V. SCENA I.

V. 811. *me donatis*] Acidalius: *med oneratis gaudiis*.

V. 812. *habeo*] Langg. *ego habeo*.

V. 814. Lyc. *Certo*] Personae notationem omittunt iidem libri. Mox: *visus sum. Hem herumne*. Ms. Cam. et Pall. 1. 2. 3. Str. *Hem*. Ceteri *heri*, annectuntque prioribus.

V. 815. *video*] Langg. *video hunc Strobilum servum meum? Ipsus* etc. Vulgo ibidem: *ego adspicio*. Guelf. non habet *ego*.

V. 816. *Ipsus est, haud alius est: congrediar*] Ita Langg., sine personarum notatione. Et mox Str. *contollam gradum*. Citat haec Nonius p. 530, 54.

V. 817. Lyc. *credo*] Ita Langg.

V. 819. *manu me mittat*] Moribus receptum, ut servus interdum cum domino quasi pacisceretur in certum pretium: quod si exsolvisset, liber esset. Id pretium e peculio servi, vel adventitio lucro. Senec. ep. 80. *Mancipia quoque conditionis extremae, et in his sordibus nata omni modo exuere conantur servitutem; peculium suum, quod comparaverunt ventre fraudato, pro capite numerant*. Virgilius eo respiciens 1. Eclog. 33.

Nec spes libertatis erat, nec cura peculi.

Et vetus sane ille mos, cujus vestigia plura apud Plautum, ut Aulul. et Gripus servus Rud. 4, 2, 23.

ad herum veniam docte atque astute,
Pauxillatim pollicitabor pro capite argentum, ut sim liber.

Et clarius in Cas. 2, 5, 7.

Quid ista tu me libertate territas?
Vobis invitis atque amborum ingratiis
Una libella liber possum ego fieri.

Quod non aliter intelligendum, quam ut cum hero jam ante pactus fuerit in libram. Et in hanc sententiam scripsit Hermogenianus adversus dominum consistere servis licere, *si qui suis nummis redemptos se, et non manumissos contra placiti fidem adseverent*. l. 53. D. de judiciis. Item Ulpianus: *Qui se dicit suis nummis redemtum, si hoc probaverit, exinde liber erit, ex quo redemtus est. Interdum* vero imaginaria quaedam emtio, interposita persona tertia, adhibebatur. De qua l. 4. de manumissione. Quod si dominus non servaret fidem, querela servo Romae apud praefectum urbi, apud praesidem in provinciis ex constitutione Divorum fratrum fuit. l. 5. ibidem. Lipsius ad Tacit. 14. Annal. 42. Conf. Taubm. ad h. l. Mox edd. primae et Pall. 2. et 6. *ibo atque eloquar*. Ceteri *iboque atque*. Langg. *eloquor*.

V. 822. *Repperi*] Langg. Tro. *Repperi quia here divitias magnas*. Mox *quadrilibrem, aulam*, cum Vulgo legatur: *quadrilibrem, inquam, aulam*. Paulo ante pro *deludis* Palmer. spicil. p. 663. legit *delicis*.

V. 825. *manu me emitti*] Vulgo, *nunc volo me emitti manu*. Emendavit Acidalius.

V. 828. *si repperissem*] Vulgo, ut in Langg. est: *si non repperissem*. Mox iidem libri omittunt: *i*.

V. 830. *unde*] Vulgo, *ah unde*. Langg. *a unde*. Ms. Camer. et Guelferbyt. *Ah* non habent. Vulgo, *quod modo*. Transposui verba cum Acidalio et Gulielmo Asin. c. 4.

V. 831. *ita loquor*] Putat: *ita jocor* legendum esse Acidalius. Mss. Lang. *ita loquor at scin quo-*

modo? vel hercle. Herm. doctr. metr. p. 87. ita adscripsit:

Str. Soleo hercle ego garrire nugas. ita loquor. *Lye.* at scin quomodo.

ubi nisi plura, ait, turbata sunt, certe *at* delendum erit. Verba: *ita loquor* dedi Lyconidi, hoc sensu: tu te garrire nugas ais? at ego ita loquor, scin quomodo? His dictis verberibus petit servum: *und ich spreche so, verstehst du wohl?* Verbis: *scin quomodo* continetur minantis formula. Plene esset: *at scin quomodo se res tibi habet?* ut est Aulul. 1, 1, 8. et ap. Ter. Eun. 4, 7, 30. Eadem formula extat Aulul. 2, 4, 26., ubi tamen minantis non est. Ea ipsa cum vi legitur Rud. 3, 5, 18. Conf. Poenul. 1, 2, 162. 1, 3, 29. Rost. Plaut. cuped. ferc. 5. p. V. Koen. ad Gregor. Cor. p. 19. ed. *Lips.*

V. 832. *a me feres*] Hoc ordine verborum vulgo. Et hic finem habuit haec fabula in Ms. Cam. et Pall. 6.

EXCURSUS I.

Ad v. 77. 78.

FAMIANI STRADAE,

Romani praelectio Plautina II.

DE PLAUTINA LITERA DISPUTATIO.

Sunt, qui nullam certam litteram designari putent, sed characteres solito grandiores atque palmares, ut possint ab omnibus procul legi. Ita par Eruditorum nobile: Dionysius Lambinus et Adr. Turnebus adv. 24, 31. Sunt, qui non dissimili ratione litteras interpretentur, quae nominibus praeponi solent, et Capitales appellantur. Alii, in quibus nomen profitetur suum Joseph. Castalionis observ. crit. 2, 9. litteram L; alii Graecam Λ: alii T esse Plauto litteram longam arbitrantur. Sed primos acriter insectatur J. Lipsius de pronunc. c. 8., tamquam oblitos Romanorum moris, apud quos olim minusculae, quibus nunc utimur, usurpatae non fuere notae. Sed immerito eos carpit mea quidem sententia. Neque enim ignoraverunt illi, unum Quiritibus fuisse scribendi genus: sed cum scirent, illud potuisse aut produci grandibus et maximis litteris, ut ait Cicero, et cubitum longis, ut ludit Plautus [Poen. 4, 2, 15. Rud. 5, 2, 7.] aut minutis litterulis, ut loquitur idem Cicero; existimarunt, Plautinum jocum ad aliquam ex litteris cubitalibus esse referendum. Potius convicio Lipsiano vapulare debuerant secundi, qui longam Plauti litteram primum in unaquaque sententia characterem, et veluti ductorem elementarii agminis interpretantur. Nec minus aberrant, qui ad L confugiunt, cum figuram huius litterae non magis

pedibus exprimant, qui pendent, quam qui suis humi vestigiis insistunt. Nam qui ad flexum obstipumque collum id forte referrent, invertere deberent elementum. Addite, quod isti imperite sentiunt, L sicut apud nos, ita apud veteres fuisse ceteris longiorem, siquidem, uti dicebam, litterae olim Romanis quadratae ac pares erant. Nec mihi sententiam suam satis probant, qui hominem pendentem divaricatis cruribus cum Λ comparant, quasi eadem utriusque figura sit. Hi enim non videntur inter hominis partes enumerare caput, et pectus, quas in Λ non reperiunt. Doctius interpretamentum est Coelii Rhodigini A. L. 10, 8., qui ad elementum T Plautinas ambages ait referri oportere: quia qui pendet, eius plane litterae reddit imaginem. Pendulum enim libratumque corpus lineam a summo ad imum productam exprimit, tignum vero aut trabs, ex qua laqueus demittitur, transversum litterae ductum fingere videtur. Atque hinc est, quod judicio vocalium Lucianus [T. I. p. 70. *Bip.*.] facete inducit Σ obloquentem adversus T litteram furacem ac dignam, quae supplicium in sua figura sustineat atque in crucem ac furcas, quas ipsa exprimit, extollatur. Sed haec quamquam erudita non tamen ostendunt, T litteram esse longam eminentemque, quod ad Plauti jocum explicandum necessarium erat. Quare longe iis, quos adhuc nominavi, perspicacius homo omnium oculatissimus J. C. Scaliger de causis l. l. 10, 40., a quo mutuatus idem videtur J. Lipsius, unum vidit inter elementa characterem ceteris proceriorem ac pendentis staturae accomodatum, I litteram loquor, quae ex gemino I I saepe ab veteribus contrahebatur in unum I ac supra ceteros apices literarum extendebatur. Ut graphice quidem videatur referre eum, qui se ipso productior oblongiorque sit, dum rectus pendet. J. Palmerius in spicil. [p. 671.] sic legendum judicavit: *quam ex me ut uvam faciam, aut litteram Longam.* Quod ut ridiculum commentum traducit Gruterus in ultima sua editione, quae *venenorum omnium pyxis Pandorae altera.* Verum quamvis haec ita se habeant, ingenioseque dicta sint omnia; tamen ex animo nunquam avelli potuit injecta pridem suspicio insignioris alicuius mendi, quo locus ille vitiatus frustra viros doctissimos in isthaec dissidia velitationesque distulerit, donec me Hieron. Aleander conjectura in h. l. sua mirifice confirmavit. Etenim hic, quod praeter alia indecorum ei videretur, anum et servam argutari de re litteraria, litteratisque tantum viris cognita, admonuit me, quem in Plautina illa littera haerentem animadverterat, ut viderem, numquid alio transferri posset Plauti jocus, et alterutro ex his modis loqui, aut

neque quidquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam linea
Longa, mi laqueo collum quando obstrinxero.

Sic enim non modo personae decorum servatur, siquidem muliercularum potius est, uvam ad domesticos usus filo suspendere, quam litteras facere, sed etiam ad nomen Σταφυλή h. e. uva, quo nomine Anus illa vocabatur, alluditur. Id quod insolens Plauto non esse, ex nominis significatione jocum captanti, quis ignorat? Aut, quoniam *litteram* et *longum* constantissime legitur, hoc in libris manu exaratis, illud ubique, minore litterarum varietate:

neque quidquam melius est mihi,
Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam ad litteram,
Longum mi laqueo collum quando obstrinxero.

Nempe *ad litteram*, et nominis sui similitudinem Staphyla ut uvam faceret, si se pendulam demitteret. Quae conjectura ut simillima vero videatur mihi, faciunt profecto tum, quod ea locutio ab uva ad suspendium translata plane Plautina est. Sic enim ipse alibi Poenul. 1, 2, 98., cum adolescens servum adloquens dixisset:

Ausculta mihi modo ac suspende te;

respondentem audit servum:

Siquidem tu es mecum futurus pro uva passa pensilis.

tum quod longam lineam lego in hanc sententiam apud Columellam [8, 11, 15.] dum *ligato pede*, inquit, *longa linea*, *gallina custoditur;* tum denique quod fili flexus circa racemi caput, ac nodi complicatio, uvaeque demissio multo melius rem ipsam objicit oculis, quam cuiuslibet litterae conformatio. — Post hanc Stradae disputationem jam inclinat animus eo, ut legam:

Ut opinor, quam ex me ut uvam faciam linea
Longa, mihi laqueo collum quando obstrinxero.

EXCURSUS II.

Ad v. 306.

De hiatu in penthemimeri senariorum a Plauto admisso Osanni disputatio in anall. crit. p. 113. sqq.

Hoc loco semel tangam hiatus apud Latinos usum, quem, quum hac in re a viris doctis diversissimas in sententias discedi animadverterim, fusius alibi dabitur locus examinandi: nunc id solum agendum, ut hiatum in penthemimeri admissum defendam, quem etsi non Terentio, certe Plauto concedendum jam vidit Bentleius ad Ter. Eun. 3, 1, 18. Apponam exempla, quae innumeris fere locis augeri possunt, evidentia aliquot, quibus rem nunc volo non tam illustrari, quam confirmari. Amph. prolog. 89.

Quid admirati estis, quasi vero novum

Bothius *estis admirati.* Aulul. 2, 4, 28.

Immo equidem credo. An scin etiam quomodo?

4, 6, 13.

Indeque observabo, aurum ubi abstrudat senex.

Post *observabo* Bothius de suo adjecit, *ego.* Capt. 1, 1, 6.

Estne invocatum, an non? Est planissume.

ubi Bosscha dedit:

Estne invocatum, an non est? est planissume.]

Curcul. 3, 16.

Edepol nae ego hic me intus explevi probe.

V. 28.

Nam illae catapultae ad me crebro commeant.

V. 45.

Quia vestimento, ubi obdormivi ebrius.

Cas. Prolog. 51.

Puellam exponi: adit extemplo ad mulierem.

1, 4.

Quasi umbra, quoquo ibis tu, te persequi.

Bothe *quoquod.* 2, 8, 35.

Tibi et Chalino: ita rem gnatam intellego.

Cist. 1, 3, 33.

Peperisse gnatam, atque eam se servo illico.

Bothe: *servulo e loco.* 2, 3, 9.

Extimuit tum illo? Horret corpus, cor salit.

V. 31.

Servate me Di, obsecro. At me perditis.

etsi legere posses *Divi.* 2, 5, 61.

Quid istuc est verbi? Ex priore muliere.

Bothe: *verbi est.* V. 75.

Ego eam projeci: alia mulier sustulit.

Bothe: *mulier alia.* V. 76.

Ego inspectavi: herus hanc duxit postibi.

Bothe: *duxit herus.* Poen. 2, 8.

Iratus: vetui exta prosicarier.

Bothe: *exta vetui.* Rud. 3, 6, 21.

Ego hunc scelestum in jus rapiam exulem.

Reiz. *Scelestum rapium iam in jus.* Hiatum contra Bothius bene expulit Aulul. 3, 6, 33. (v. 571. huius ed.)

Potare ego hodie, Euclio, tecum volo.

in Turnèb. ed. est: Potare ego tecum hodie Euclio volo. Qui versus quum duobus hiatibus laboret, praeferendus est Lips. Bothianus qui unum tantummodo post hodie habet.

[Neque aliter Bothe in ed. minore.] Cas. 4, 1, 10.
Vestitus laute exornatusque ambulat.
[Bothe:
Vestitus, exornatus laute, obambulat.
Vet. Cod. Cam. ut vulgo Pall., teste Pareo:
Vestitus laute exornatus obambulat.
Alii, in his Helmst. *lauteque*. Legerim:
Vestitus lauteque exornatus ambulat.]

EXCURSUS III.

Ad v. 311.

C. A. Böttigeri de tonstrinis veterum ad *Sabinam* excursus p. 330. sqq.

Vel nomina *Κουρεύς* et *tonsor*, praeter vocabula inde ducta, satis probant, proprie a tondendis capillis profectum esse totum negotium, quod recentiorum linguae ei, qui Barbier dicitur, tribuunt, nomen ducentes a voce barbarica: *barbatorius*, quae tamen vox iam in *lingua rustica* apud Petronium reperitur. Quum enim veteres tum Graeci tum Romani multo prius atque frequentius capillos circum circa caput tonderentur, quam morem ex Oriente et Aegypto ad Graecos aetate Alexandri*) traditum barbae ponendae sequerentur; longe prius fuerunt, qui capillos quam qui barbam tonderent. Verumtamen haec tota disquisitio, specie quidem levior sed ad mores et historiam artium minime spernenda, ad narrationem de vario barbae radendae usu pertinet, cui quidem post Hotomanni *de barba* libellum multa addi poterunt (v. Fabric. bibliogr. Antiqu. p. 850. sq.), sed adhuc opus desideratur, quo et ex doctrina antiquitatum varius ille usus et quam vim habuerit in mores cultumque hominum, exponatur. Caremus omnino libro, quo de technologia veterum et opificiis exponatur, qui ope Onomastici Pollucis et Anthologiae Graecae si conscribatur; praeclare hoc argumentum tractari possit additis Beckmanni et Schneideri ad singula huius disciplinae observationibus. Hoc quidem loco ista sufficiant: Negotium tonsoris apud veteres multo gravioris momenti erat, quam apud nos, quoniam antiquis temporibus viri quotidie fere mane in tonstrinis cultui corporis et munditiae operam darent; domi enim neque pectine, neque speculo, neque cetero apparatu curando corpori utebantur. *) Hinc magni illi hominum et aliorum et garrulorum praecipue conventus in tonstrinis. **) Sed apud veteres tonsor idem, ut etiamnum in Anglia hinc illinc usu venit, capillos ornabat, barbam tondebat, idem ungues praesecabat. Lautioribus tantum hominibus apparatus ei cultui accomodatus domi fuit; iidem propriis ad illam rem curandam servis utebantur. Quin etiam speculum multi tantum in tonstrina reperiebant, in qua tonsuram capitis inspicerent. ***) Triplex erat tonsorum opera, ut primum capillos tonderent, cui operae non tam forfices adhibebant, quam cultris variae et magnitudinis et aciei capillos per pectinem tondebant. ****) Itaque Lucianus, ubi apparatum tonstrinae describit, inter alia magnam copiam cultellorum memorat, neque apud Pollucem, qui duobus locis instrumenta tonsorum enumerat, nisi cultri tonsorii leguntur. v. Polluc. 2, 32. 10, 140. et Lucian. adv. indoct. c. 29. t. 3. p. 124. *Bip.* Imprimis memorabile hoc est, quod pro pulcherrimarum una tonsurarum quae habebatur (tonsura autem solus tunc temporis capillorum ornatus fuit) *μία μάχαιρα* i. e. tonsura unius cultri dicebatur. V. Aristoph. Acharn. 849. Sed etiam bini cultri componebantur, ut quasi forficis usum praeberent. Hoc erat *διπλῇ μαχαίρᾳ* tonderi, ut ait Pollux 2, 32. V.

*) V. Chrysippi fragm. ap. Athenae. 13, 2. p. 565. A. B. [v. Bagueti Comment. de Chrysipp. p. 267. sqq.]

**) V. Artemidor. Onirocrit. I, 23. p. 23., ubi diserte verbis dicitur, omnem virum venustiorem tonstrinas adire.
***) V. Casaubon. ad Theophrast. Charact. 11. p 137.
****) Plutarch. d. audit. c. 6. t. 7. p. 140. *Hutten.*
*****) [V. Lobeck. ad Phryn. p. 60.]

Vales. ad Hesych. T. II. p. 599, 14. Culter autem tondendis capillis appellabatur *ψαλίς*, sive simplex fuit (Pollux 10, 140.), sive duplex, unde quod instrumentum nos Scheeren dicimus, ortum est. V. Jacobs. ad Anthol. Vol. 2. P. 1. p. 171. Solenne autem vocabulum fuit *μάχαιρα* (v. Lucian. Pisc. c. 46. T. I. p. 613.) unde vox: *Scheere* omissa prima syllaba facta esse videtur. In tonsura autem, ut patet ex Horat. Sat. 1, 3, 31 et Epist. 1, 1, 94. maxime spectabatur aequalitas. Conf. Salmas. de coma p. 23. sq. ideoque tonsores artis peritiores post tonsos capillos, qui forte capilluli eminerent, eos diligentissime sublegebant, quam operam Pollux 2, 34. *παραλέγεσθαι* dictam docet. *) Alterum negotium fuit barbae curatio, quae si fieret, tonsores veterum quoque mantile, ut in usu tum erat, villosum intonsumque, quo detergeretur qui tondebatur, humeris circumdabant. Quod mantile quia constabat lino non tosto, *ὡμόλινον* Graeci dicebant. V. Plutarch. d. garrul. p. 511, 4. Plautus lusu allegorico appellat *involucre* Capt. 2, 2, 17. v. Casaubon. ad Athenae. p. 698. et Mercurial. V. L. 6, 2. p. 324. Tertium denique, cui operam dabant, unguium resectio in manibus (nam pedum quidem in balneis resecabantur), cui rei propria nomina *ὀνυχίζειν*, *ἀπονυχίζειν* indiderunt. V. Aristoph. Equ. 706. ibiq. Schol. Pollux 2, 146. et Kuhn. ad Polluc. 7, 165. Sed postea discrimen hoc statutum est, ut *ὀνυχίζειν* esset: ad praesectum unguem exigere, *ἀπονυχίζειν*: ungues praesecare. v. Meurs. ad Phrynich. Eclog. p. 126. sq. Cui operae qui cultelli adhibebantur, appellati sunt *ὀνυχιστήρια*. Pollux 10, 140 ibique Jungerm. Huc facit jocosa apud Plautum Euclionis avaritiae descriptio Aulul. 2, 4, 34.

Quin ipsi pridem tonsor ungues demserat,
Collegit, omnia abstulit praesegmina,

*) Ceterum constat ex Plutarchi libello de garrul. p. 510, 11. tonsorem priusquam opus faceret, quo modo te tondeam? interrogare solitum esse.

ubi Gruterus oblitus est, vel tenuissimum tonsoris ad ungues praesecandos opera usum esse. Hinc Martialis cinaedum quendam, qui operam illam tonsoris variis emplastris pissinis supervacaneam sibi reddiderat, *quid facient ungues?* interrogat, i. e. quis tibi ungues resecabit? v. epigr. 3, 74. ibiqu. Ramirez. p. 272. Hinc Tibullus, ubi effoeminatum illum Marathum describit 1, 8, 11. *ungues* memorat *artificis docta manu sectos*, ubi v. Broekhuys. Jam sensus intelligetur epigrammatis Martialis in cultrum tonsorium: *ferramenta tonsoria* 14, 36. Magis etiam qui memoretur dignus est lusus in tonsorem Eugathem Phaniae in anall. t. 2. p. 53, 6., ubi totus apparatus capillorum illius concinnatoris recensetur. In illo etiam panniculus pili de pileo usu jam detrito memoratur ad cultrum abradendum, quem Toup. Emend. ad Suid. t. 3. p. 451. *Lips.* errat, cum pileum tonsoris *sharing cap* intelligit, neque verum vidit Jacobs. in commentariis ad h. l., ceteroquin lectu dignissimis.

EXCURSUS IV.

Ad v. 720.

De toga candida Lipsii dissertatio in Electt. 1, 13.

De colore vestium apud Romanos itemque de candidatis, sordidatis, palliatis non satis plana hodie res est. Ego paulo uberius dicam, quam qui ante me: et quidquid in his arduum aut clivosum explanabo exorsus rem a capite, et quod Aristophanes ait, *ἀπὸ βαλβίδων*.

Romanis in vestitu placitum reperio colorem album, sive quia is, ut Plato alibi vult, laetitiae proprius et decorum: sive potius agrestis illa et prima gens, spretis accersitis coloribus, lanae nativum retinuit i. e. album. Ita toga Romanorum alba et tunica fuit, et calcei, et omnis quotidiana vestis. Toga, inquam, alba. Titinnius poeta vetus:

Qui in togis candidis sunt, tunicis sordidis.

A. Gellius [N. A. 3, 4.] *eumque, cum esset reus, neque barbam desisse radi, neque non candida veste uti, neque fuisse solito cultu reorum*, de Africano dicit. Plautus Cas. [2, 6, 9.]

At candidatus cedit hic mastigia,

de Olympione, qui jam libertus. At liberti novi in toga apparebant i. e. communi civium veste. Tertullian. de resurrect. carnis: *Si famulum tuum libertate mutaveris, et vestis albae nitore, et aurei annuli honore, et patroni nomine, ac tribu mensaque honoratur.* Toga igitur alba. Statius in silvis:

Albentique humeros induxit amictu,

albentem amictum togam appellat virilem, ab eodem colore Graecis modo λευκήν, modo ad discrimen praetextae, dictam ὁλολευκήν. Eandem circumscripsit Persius,

totaque impune Suburra
Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo.

Candidus umbo synecdochice, pars pro ipsa veste. Nam umbones in toga agnoscit Tertullianus de pallio, et describit eos eleganter. Apuleius libro 11. in palla. Martialis etiam album colorem togae aliquot locis dat, ut

Et toga non tactas vincere jussa nives,

item:

Non amet hanc vitam, quisquis me non amat, opto:
Vivat et urbanis albus in officiis.

Albus non ad pallorem, sed ad vestem: quoniam officia haec anteambulonum in toga alba. Ideo Iuvenalis

niveosque ad frena Quirites.

Et exempla plura sunt, quae mox opportune reddam. Obiiciunt ista: Si togae vulgo albae, cur qui prensabant inducbantur toga candida, ut hac quasi nota intelligi et excerni possent a reliqua plebe? Respondeo: albi coloris togas vulgo fuisse, non candidi.

Albus color nativus lanae est; candidus proprie splendens ille et qui est ab arte. Ideo Polybius λαμπρόν dicere maluit petitorum togam quam λευκήν: et latine commode eam dixerimus splendentem. Seneca: *non splendeat toga, nec sordeat quidem.* Spernit enim a sapiente hunc colorem eximie candentem. Subtilia haec videntur? Sunt vera. Nam petitores non contenti insito lanae colore cretam addebant in vestem ut candesceret, imo splenderet. Hac ergo nota discreti a vulgo et dicti Candidati. Isidorus, *fit toga addito quodam cretae genere candidior.* Persius huc alludens,

quem ducit hiantem
Cretata ambitio.

Livius libro 4, [25.] *Placet tollendae ambitionis causa tribunos legem promulgare, ne cui album vestimentum addere petitionis causa liceret. Parva nunc res, et vix serio agenda videri possit, quae tunc ingenti certamine patres ac plebem accendit.* Emendo, *ne cui album in vestimentum addere,* auctoribus libris et sententia ipsa, quoniam non alba vestis interdicta (absurdum id) sed additio albi in vestem i. e. cretae.

Obiiciunt item de diebus festis. Romani, inquiunt, saltem per dies festos in veste alba erant: non ergo quotidianas togas censendum candidas. Horatius,

Ille repotia, natales, aliosque dierum
Festos albatus celebret.

Xiphilinus die celebri Romae ob ingressum Tiridatis maxime ait, forum impletum hominibus fuisse; dimidium eius populus candidatus et laureatus centuriatim obtinuit; dimidium exercitus splendide armatus. Latinus Pacatus in Panegyrico ad Theodosium: *Quid ego referam festum liberae nobilitatis occursum? conspicuos veste nivea senatores?* Vopiscus in Floriano: *Tantum illud dico, senatores omnes ea esse laetitia elatos, ut domibus suis omnes albas hostias caederent, albati sederent.* Persius,

negato
Juppiter hoc illi, quamvis te albata rogarit.

Sed expedio me ab hoc nodo et dico non aliud fuisse in eo more, quam ut per dies privatim aut publice lactos togas recentes sumerent et usu nondum sordidas aut obsoletas. Pollux [1, 25.] id exprimit: *ὑπὸ νουμηνῷ στολῇ, ὑπὸ νεοπλυνεῖ ἐσθῆτι.* Clare discimus ex Prudentio ad Symmachum,

Exsultare patres videas, pulcherrima mundi
Lumina, conciliumque senum gestire Catonum
Candidiore toga, niveum pietatis amicum
Sumere.

et ex Ovidio [1. Fast. 80.]

Vestibus intactis Tarpeias itur ad arces.
Et populus festo concolor ipse suo est.

Ecce ait: *vestes intactas*, et bene Persius in re simili: *recentes*.

Scilicet hoc populo pexusque togaque recenti
Et natalitia tandem cum sardonyche albus
Sede leges celsa.

Color enim ille a principio in omni toga niveus habendo sordes trahebat et squallorem: quod in vulgata toga ferebant, non ferebant per dies festos. More plane gemino moribus nostris. Inde est, quod per ludos apud Martialem et alios Candidati leguntur: inde quod apud Plautum Aululania scribitur:

Qui vestitu et creta se occultant et sedent quasi sint frugi.

In homines, nisi fallor, tenuiores, quibus cum copia mutandae togae non esset; tamen ut nitidi et melioris fortunae apparerent, sub dies ludorum togulam suam incretabant. Potest et referri ad servos, qui ut liberos mentirentur, fortasse cretam addebant in vestem, ut in cavea fallerent permixti. Nec Romani solum in laetitia aut in sacris adhibebant hunc colorem, sed etiam, ut observatum mihi, externi. Liv. libro 45, [20.] de Rhodiis: *Inter multas Asiae Graeciaeque legationes Rhodiorum maxime legati*

civitatem converterunt. Nam cum primo in veste candida visi essent, (quod et gratulantes decebat et, si sordidam habuissent, lugentium Persei casum praebere speciem poterant) postquam consulti etc. Sueton. Aug. c. 99. de Aegyptiis: *Forte Puteolanum sinum praetervehenti vectores nautaeque de navi Alexandrina, quae quidem tunc appulerat, candidati coronatique et tura libantes fausta omnia et eximias laudes congesserant.* Propter has togas albas fullonum apud veteres creberrimus usus; rarus tinctorum. Fullonum, qui maculas scilicet ac sordes e toga eluebant, et addito fulfure ac creta iterum eam candefaciebant. Adi Plinium de utroque H. N. 35, 15 et 17. Comoediae plenae fullonum, testes togatae. Et eorum munus expressit eleganter Titinnius apud Nonium,

terra haec est, non aqua
Ubi tu solitus argutarier pedibus
Cretam dum compescis vestimentaque lavas.

Argutationem pedum vocat id, quod Seneca *fullonium saltum.*

Alba igitur toga, et ea quamdiu communi in usu, discrimen nullum inter cives fuit a colore vestis, nisi quod divites, munduli, elegantes semper in toga sua a fullone nivea, vulgus fere sordidiores essent, togisque magis pallentibus ac, ut proprie dicam, obsoletis. Ideo Seneca ep. 115. per sordidos intelligit vulgum: *Mirari quidem non debes*, inquit, *corrupta excipi non tantum a corona sordidiore sed ab hac turba quoque cultiore. Togis enim inter se isti, non judiciis dissident.* Ait diserte, *togis.* Sed et viri illustres ac nobiles rei facti per dies judicii sumebant hanc togam sordidam, posita nivea, ut miserabiliores essent in veste plebeia. Itaque rei in sordibus esse dicuntur aut sordidati, non pullati, ne quis erret; qui color tantum funebris. Viri etiam graves ac rigidi non amabant eximium illum cando-

rem, et ab hac re simia illa apud Horatium [1. ep. 19, 13.]

Exiguaeque togae simulat tesquore Catonem.

Recta illa lectio. Male vulgo, *textore*. Duo enim lauti homines amabant in toga laxitatem et candorem, spreverat utrumque Cato arcta toga contentus et ea squallenti. Id enim Horatio *tesquor*. [sed vide Feam ad h. l.] Haec olim. Mutata republica et imperio labente mirum quantum mutaverit vestis.

COLUMBIA UNIVERSITY
0025983849